



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

MATTHIÆ STEPHANI
Jcti,
Tractatio methodica,
De
ARTE JURIS, ET
EJUS PRINCIPIIS:

Cui insertæ sunt difficilimæ &
utilissimæ quæstiones,

De
JURE ET FACTO;

De
JURE SCRIPTO,
AC ÆQUO BONO,
utrum plus valeat;

Itemq; & alia nonnulla theòlogico juridica
lectu jucunda & utilia.

Cum Indice & Summarijs.



GRYPHISWALDIÆ,
*Exscripta typis heredum Johannis Albini, Impensis
Michaelis Roepi Anno M DC XXXI.*



Nobilis, Strenuus & fortis viro,

DN. CASPARO

ZEITZMANN,

Imperatorij exercitus Capiteo, &
pro tempore Commendatori in *Wismar*/
Fautori suo colendo.



uris civilis doctrina, post sacram Theologiam, principem locum sibi vendicat & obtinet. Est namque legis divinx pars, præcipiens de externis actionibus, & assuefaciens flectensq; homines ad normam justiciæ, bonitatis & æqualitatis, aliarumquè pulcherrimarum virtutum, à mente Dei relucèntium; itemq; coercens & refrenans mentis nostræ deprava

A 2

vata

vata contumaciam, ac aberrantes cupiditates, ne turbent sapientissimè à Deo sancitam & constitutam societatem.

Deinde non est acervus tantum sententiarum, quæ sine omni judicio propriæ tyrannidis, aut cujusque potentiaè stabiliendæ causâ collectæ sint; sed vera & firma scientia est, ex primis principijs & noticijs, adeoque Dei præceptis, proprijs digitis tabulæ lapideæ inscriptis, & omnium hominum mentibus divinitus insitis, desumpta, & in rectum convenientemque ordinem, voce Magistratus, & industriâ prudentissimorum hominum collecta, quorum & authoritatem fulcit, & operam juvat Deus, qui & res penitus desperatas donare, & consummare virtutum magnitudine potest.

Quod

Quod cùm ità sit, exinde in animis omnium major reverentia & amor hujus professionis sacratissimæ quidem, & omni precio nummario longissimè anteferendæ, esse deberet.

Quoties etiam de justiciâ in Jureconsultorum libris differitur, quòd sit æqualitas, hæc cogitatio semper occurrat, cùm auctor sit & fons justiciæ Deus, eum quoque verè æqualem esse omnibus hominibus, hoc est, omnes ex æquo ad filium suum, Salvatorem nostrum, confugientes recipere.

Quamvis autem de principijs juris alij antehac scripserunt, qui & ad decem præcepta totam jurisprudentiam retulerunt, adeòq; leges nostras circa decalogum versari, & decalogi executionem esse, demonstrârunt; volui tamen ego quoq; ostendere, quibus principijs jus civile constet; & quomo-

dò leges Romanæ, cum divinis sæpè congruant.

Hoc quidquid est studij, Vir Nobilis, Strenue & fortis, Tibi tanquam literato & militi, consecrare volui, qui mihi humanitatis passim exhibuisti officia, quam humanitatem & favorem postponere, boni viri non esset. Accipe itaque hanc tractationem, quæ tibi fuerit vice Symboli alicujus, & tanquam arrhabonis meæ in te observantiæ, cujus fructum locupletissimum videbor percepisse, si tibi grata omnia esse sensero. Sed omninò totum sic habeas, nihil mihi futurum prius ijs rebus, quæ ad dignitatem tuam & præstantiam pertinere arbitrabor, ut mihi tuâ voluntate nihil esse cognoscas antiquius. Vale optimè. Gryphiswaldi è Musæo meo 1630. die 20. Februarij.

MATTHIAS STEPHANI JC.

IN-



Index Caputum.

- Caput.**
I. *De significatione vocabuli, juris, quatenus opponitur factio: ubi tota materiam, de jure & factio, breviter explicatur.*
- II.** *De alijs juris significationibus.*
- III.** *De jure scripto, & aequo bono.*
- IV.** *De tribus praeceptis juris.*
- V.** *Quae sint consideranda in arte juris.*
- VI.** *De fine juris; ubi simul quoque de justitia, ejusque speciebus.*
- VII.** *De subjecto juris; ubi de divisione juris in publicum & privatum.*
- VIII.** *De principijs juris.*
- IX.** *De jure naturali.*
- X.** *De jure gentium.*
- XI.** *De jure civili.*
- XII.** *De legibus.*
- XIII.** *De plebiscitis.*
- XIV.** *De Senatusconsultis.*
- XV.** *De constitutionibus Principum, ubi simul de privilegijs.*
- XVI.** *De magistratum edictis.*
- XVII.** *De responsis prudentum.*
- XVIII.** *De jure non scripto, sive de consuetudine.*

- XIX. *Continens leges divinae tabulae decem praecceptorum; collatas cum jure Romano.*
- XX. *De reliquo jure sacro, comprehenso in libris nostris juris.*
- XXI. *Continens collationem vasalli & militis christiani, cum vasallo & milite politico; ex jure divino, & jure feudali.*



Errata corrigenda.

- Pag. 12. lin. 9. à fine, pro hereditas, lege, hereditatis.
- Pag. 30. lin. 10. à fine, lege, de ventre mittendo.
- Pag. 76. lin. 9. à fine, lege, disceptarent, introduxerunt.
- Pag. 78. lin. 12. post originem, adde, autoritas prudentum d. l. 2. §. post originem.
- Pag. 81. lin. 15. pro benignis, lege, benignius.
- Pag. 105. lin. 7. à fin. pro, &, lege, est.
- Pag. 128. lin. 9. pro, ligna, lege, lingua.
- Pag. 136. lin. 13. lege, litanias h. e. rogationes sive preces publicas.
- Pag. 148. lin. 11. pro, tantum, lege, tandem.

*Reliqua aequus lector ipse baud in-
vitus corriget.*

TRACTA-



TRACTATIONIS
 De
 ARTE ET PRINCIPIIS
 J U R I S,

CAPUT I.

De significatione Vocabuli J U R I S,
 quatenus opponitur FACTO; ubi tota materia
 DE JURE ET FACTO, breviter
 explicatur.

S U M M A R I A.

1. *Jus quomodo à veteribus JCtis accipiatur, & opponatur facto vel corpori.*
2. *Quando opponatur facto.*
3. *Quando opponatur corpori.*
4. *Quando opponatur voluntati & conventioni seu consensui.*
5. *Facti notio quotuplex.*
6. *Factum quandoq; opponitur dationi.*
7. *Quandoq; opponitur patientia.*
8. *Quandoq; opponitur dicto vel verbis.*
9. *Quomodo in hac oppositione JCtis loquantur.*
10. *Quandoq; opponitur animo.*
11. *Quandoq; natura.*
12. *Quandoq; juri.*

13. *Factam juri opponitur dupliciter.*
14. *Aliquid esse juris, & in jure consistere, idem est.*
15. *Esse facti, & in facto consistere, idem est.*
16. *In facto consistere, interdum significat in circumstantiis positum esse.*
17. *Quomodo differant: esse jus, & esse juris.*
18. *Jus, & esse juris, interdum confunduntur.*
19. *Factum vel est repentinum, vel tractum temporis habens.*
20. *Facta vel sunt nuda, vel non nuda.*
21. *Facta non nuda qua.*
22. *Quenam sint illa facta, qua differunt ab iis qua sunt facti.*
23. *Quaedam sunt partim facti, partim juris.*
24. *Omnes contractus, partim sunt juris, partim facti.*
25. *Quomodo contractus dicantur esse juris.*
26. *Quomodo iidem dicantur esse facti.*
27. *Solutio, partim facti, partim juris.*
28. *Delicta, partim facti, partim juris.*
29. *Ususfructus est ipsum jus.*
30. *Si quis impeditur in usu servitatis; datur interdictum, si vero de servitate ipsa movetur controversia, competit actio confessoria.*
31. *Quare quid sit juris, quid facti.*
22. *Qua juris & facti proprietates, & quis ejus effectus.*
33. *Ea qua juris, civilia, qua facti, naturalia dicuntur.*
34. *Quenam naturalia hic intelligantur.*
35. *Primus effectus eorum, qua juris sunt.*
36. *Dominium rei legata ipso jure transit ad legatarium.*
37. *In suis heredibus admittitur continuatio domini, non etiam possessionis.*
38. *Secundus effectus eorum qua juris sunt.*

39. *Servi, civilium sunt expertes.*
40. *Tertius effectus eorum qua juris sunt.*
41. *Factum non recipit divisionem.*
42. *Clausula, IPSO JURE, quomodo intelligenda.*
43. *Exempla, ubi dicitur, aliquid fieri ipso jure.*
44. *Exemplum, ubi dicitur; aliquid prohiberi ipso jure.*
45. *Quenam ipso jure venire dicantur.*
46. *Ipsa jure quomodo aliquid veniat.*
47. *Alia horum verborum significatio.*
48. *Quomodo aliquid ipso jure inesse dicatur.*
49. *Clausula ipso jure ubi fiat mentio.*
50. *Quod de facto fit, de facto potest prohiberi.*
51. *Ipsa facto procedi debere, quomodo intelligantur.*
52. *Clausula Ipsa facto, & Clausula Ipsa jure, quomodo se habeant.*



Cripturam DE ARTE ET PRINCIPIS JURIS, omnium primò tradere oportet, varias vocabulo JURIS attribui significationes *l. i. ff. de just. & jure*. Sed cum pleræq; parum ad hoc institutum nostrum facere videantur, illud saltem hoc loco imprimis arripiemus, quod observatum est, jus à veteribus Juris peritis, nonnunquam FACTO, aliquando CORPORI, interdum VOLUNTATI seu conventioni & consensui hominum contrahentium opponi.

Facto quidem opponitur, cum Paulus ait: In stipulationibus *jus* contineri; in pactis *factum* versari *l. si unus 27. §. pactus ne peteret ff. de pact.* Item, cum Julianus asseverat, solutionem, venditionem, traditionem, facti magis esse, quam juris *l. consilio 7. §. fin. ff. de curatorib.*

B 2 furios.

4 *furiol.* Similiter, cum Marcellus quærit de illa stipulatione; *Triticum dare oportere?* & confirmat, facti quæstionem esse, non juris *l. triticum 94. ff. de verb. oblig.*

3 Corpori opponitur in eâ rerum divisione, qua res quædam corporales sunt, quæ sui natura tangi possunt, quædam incorporeales, quæ in jure consistere dicuntur *in pr. Inst. de reb. corpor. & incorporalib.* quæ res incorporales, & jura interdum appellantur *ut in l. 1. ff. de condiç. triticaria*, quare & jura prædiorum servitutes appellantur *l. 1. de rer. divis.* & hereditas, obligatio, & alia, jura sæpe nominari solent *l. 1. §. quadam ff. de rer. divis. d. pr. Inst. de reb. corp. & incorp.* Atq; huc non incommodè refertur id, quod rescripsit Constantinus Imperator; Neminem ambigere, possessionis duplitem esse rationem, aliam quæ jure consistat, aliam quæ corpore *l. nemo 10. C. de acquir. possess.*

4 Voluntati deniq; & conventioni sive consensui opponitur à Paulo, de pactis dotalibus agente, quæ vel ante, vel post nuptias celebratas interponi solent, quorum alia pertineant ad voluntatem, alia ad jus *l. si pater dotem 12. §. ex pactis ff. de pactis dotalib.* Illa generaliter & omninò sunt servanda; hæc verò ita demum, si causam dotis reddant meliorem; non, si deteriolem *d. l. si pater 12. l. Attilicinus 17. d. tit. Hubert. Giph. in tractatu de de jure & factis cap. 3.*

5 Cœterum, quemadmodum JURIS, ita quoque FACTI, multiplex & varia est notio. In jure civili enim potissimum opponitur DATIONI, PATIENTIÆ, DICTO vel VERBIS, ANIMO, NATURÆ, & JURI Giph. *d. cap. 3.*

6 Dationi; cum Venulejus, ad differentiam stipulationum.

tionum respiciens, qua aliæ dicuntur in dando, aliæ in faciendo consistere *l. 2. ff. de verb. oblig.* asserit, uni ex heredibus rectè nos stipulari factum; rem sive donationem non item *l. continuus 137. §. fin. ff. eod.*

Patientiæcum Pomponius scribit, servitutum non eam naturam esse, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiat, aut non faciat aliquid *l. quoties 15. §. servitutum ff. d. servit.*

Dicto vel verbis; cum Claudius Saturninus adfirmat; Aut facta puniri, aut dicta, aut scripta *l. aut facta 16. de panis.* Item, cum Modestinus innuit, milites ob ferociam multa per lubricum linguæ dicere; qui tamen, si facto & facinore in crimen majestatis incidant, severius puniantur &c. *l. famosi 7. §. fin. ff. ad l. Jul. majest.*

Atq; in hac oppositione vulgò ita Facti verbo utuntur, pro quo elegantius RE Jurisconsulti nostri dicunt, v. g., solutio vel fit ré, hoc est, numeratione pecuniæ; vel fit verbis *l. sub conditione 16. l. pen. ff. de solut.* Sic societas coit & re, & verbis *l. societatem coire 4. ff. pro socio.* Ita & collatio aut re facienda est, aut cautione sive verbis *l. 1. §. quamvis ff. de collat. bon.* Injuria item aut re fit, aut verbis *l. 1. §. 1. de injur.* Domicilium quoq; dicitur transferri re & facto, non nuda contestatione *l. domicilium ff. ad municip.* Et de hereditate dicitur, recusari eam non tantum verbis, sed etiam re ipsa *l. recusari 95. ff. de acquir. vel amit. hered.* Et huc pertinet titulus Institutionum XV. lib. III. *Quib. modis re contrah. obligatio &c.*, Re, hoc est, facto interveniente, veluti, in mutui datione. Nam si quis promittat se daturum mutuo, nondum est mutuum; quia ut mutuum sit, necesse est ut det, ut factum interveniat *l. potior 11. in prin. §. si colonus ff. Qui pot. in pign.*

10 Animo; in eo quod quis pro herede se gerit, de qua gestione sic Ulpianus: Pro herede gerere, non tam facti est, quam animi *l. pro herede 20. ff. de acq. vel omitt. hered.*

11 Naturæ interdum quoq; opponitur factum, ut cum fructus alij suâ naturâ, hoc est, sponte tuâ, alij facti, hoc est, operâ & curâ hominis provenire dicuntur *l. fructus 45. de usur.*

12 Postremò, juri opponi solet factum, ut de jure jam ante demonstratum. Atq; hæc quidem ultima facti, ut prima juris notio, maximè ad hoc argumentum pertinet. Sed ea notio juris & facti; † qua hæc duo inter se opponuntur, videtur & ipsa non esse simplex, sed duplex. Nam alia harum notionum est vis in ignorantia juris & facti; alia in his quæ sunt juris & facti; de quibus hic breviter tractabitur, cum Huberto Giphano in *dict. tract. de jure & facto.* Prior notio aliis alibi tractanda relinquitur.

14 Coeterum, de verbo juris quandò agitur, nihil interest, sive dicatur aliquid esse juris *l. quod dicitur 130. de verb. oblig.* sive in jure consistere *l. legatum 10. ff. de capite minut.* sive jus in aliquo contineri *l. si unus 27. §. pactus ff. de pact.* sive jus in aliquo verti *l. stipulatio ista 38. §. bi qui ff. de verb. oblig.*

15 Sic & de facto hæc idem valent; aliquid consistere in facto *d. l. legatum 10.* aliquid esse facti *l. 1. §. si usus fructus ff. ad L. Falcid.* factum in aliquo contineri *d. l. si unus 27. §. pactus & §. sed cum factum Instis. de stipulat. serv. vel in aliquo verti l. stipulatio ista 38. §. bi qui de verb. oblig. idemq; cum dicitur res facti *l. 1. §. furiosus de verb. sign. l. filius ff. de acq. vel omitt. poss. & in causa facti l. in bello 11. §. facti ff. de capt.**

capt. & postlim. revers. Adeo in illis nihil est differentia; sed eadem horum verborum & phrasium est vis & potestas Giphani. *d. tract. cap. 3.*

Illud hoc loco omittendum non videtur, quod his 16 verbis, *in facto quid consistere*, interdum idem significetur, in varijs circumstantijs esse positum, ut est, id quod interest *l. quatenus 24. de reg. juris.* Quomodo & mora dicitur magis esse facti, quam juris *in d. l. mora 32. de usur.* id est: an mora commissa sit, ex varijs attributionibus & circumstantiis, ut temporis, loci, personæ, æltimandum *d. l. mora* verum hæc nostra tractatio eò non pertinet, quamvis iisdem verbis efferatur. Giphani. *d. loc. in fin.* Et hujusq; de verbis juris & facti.

Nunc videndum est de jure, & de his quæ sunt ju- 17 ris: itemq; de facto, & de his quæ sunt facti. Quamvis enim videri possit, non differre hæc duo, *jus & jura esse*, item *factum & facti esse*, sed eadem esse: Rectè tamen, Giphanius *d. tract. 4.* contrarium docet, ea differre, si subtiliter considerentur. *Jura* dicuntur res ipsæ incorporales, ut servitutes, obligationes, hereditas, bonorum possessio, &c. *Juris*, non ipsa jura, sed aliæ res & causæ, ut usucapio, stipulatio, & alij contractus. Sic *facta* dicuntur propriè, quæ verbis infinitivi modi enunciantur; *Facti* autem dicuntur, non tantum nomina actionem declarantia, ut est, solutio, emptio, stipulatio, donatio &c. sed etiam rem declarantia, ut est ætas, tempus, fides bona vel mala, dolus &c. V. G. Ire, agere, agrum colere, fossam fodere, sunt facta *l. stipulationes non dividuntur 72. de verb. oblig.* stipulatio verò de iis constituta, dicitur facti *l. quod dicitur 130. ff. d. tit. d. §. sed cum factum Instit. de stipul. serv.* Ita fructus percipere, & domum conve-

C A P U T I.

7
 convehere, est factum; sed ususfructus, quo & ipso
 fructuum percipiendorum jus continetur, catenus in
 facto consistere dicitur *l. unic. ff. Quand. dies legat. ced.* sed
 18 tamen hanc distinctionem, inter *jus*, & *esse juris*, negligi,
 eaq; omnia interdum dici esse juris, vel jus continere,
 testatur Giphanius *d. cap. 4. in fin.*

19 Facta autem sunt innumerabilia, de quibus Egui-
 narius Baro *in tract. de dividuo & individ.* ubi & factorum
 genera ac divisiones explicantur, v. g. Factum
 aliud est repetentium, aliud temporis tractum habens,
 barbari vocant momentaneum, & successivum: ut
 manumittere, tradere, uno perficitur momento: sed
 fodere, ædificare, pingere, scribere, tractum & moram
 postulant. Quæ divisio facto confirmari potest *arg. l.*
quotiens ff. de operis libert. Ejusq; divisionis usus videatur
 apud Hotoman. *in disputat. de mora.*

20 Est & alia factorum divisio, qua dicuntur alia esse
 nuda, alia non nuda. Nuda sive mera, sunt omnis juris
 expertia, ut pacta dicuntur nuda, quæ præter conven-
 tionem nudam nihil continent; nihil scilicet aut solen-
 nium verborum, ut est stipulatio; aut nihil causæ sive
 dationis seu facti. Hujus generis, sive facta nuda sunt,
 fundum tradere, fossam fodere, opus facere, ire, agere,
 rem tenere, aquam haurire, ducere, tignum aut lumina
 immittere, fructus percipere, & similia alia *l. 4. §. Cato*
 21 *l. stipulationes non dividuntur ff. de verb. oblig.* † Facta au-
 tem non nuda sunt, quæ aliquid juris præter factum in
 se habent, veluti, amplius non agere, ratum habere, da-
 re, uti, frui, agere in judicio, emere, vendere, stipulari,
 possidere, vacuum possessionem tradere, donare, usu-
 capere, heredem instituire *l. in conventionalibus §2. §. ult.*
de

de verb. oblig. ubi J. C. ait; stipulatione, vacuum possessionem tradi, non nudum factum contineri *l. si stipulatus 4. de usur.* De qua divisione factorum, ejusque usu, agit plene Baro *d. tract. de dividuo & individ. lib. 2. c. 4. & 5.*

Hæc igitur sunt facta, à quibus differunt ea quæ 22 sunt facti, uti dictum, veluti possessio, *l. 1. §. 1. de acquir. possess.* pactum nudum *l. consilio 27. §. questum ff. de curat. furios.* operæ sive legatum operarum *l. 1. §. si legatum ff. ad l. Falcid.* legatum habitationis *l. legatum 10. de capite minut.* Item, probatio *Paul. 5. sentent. tit. 11.* aditio hereditatis *l. 20. pro herede.* Sed hanc subtilem distinctionem sæpè negligi, & factum, cum eo quod facti est, confundi, testatur Giphanius *d. tract. cap. 5. ferè in fine.* Adhuc dictum est, de his quæ merè, vel sunt juris, vel facti.

Nunc breviter de his quæ partim facti, partim ju- 23 ris, esse videntur, videamus. Quorum in numero est possessio, hæc obtinet mixtam causam, quia in se considerata, pro usu & rerum insistentia, dicitur esse facti; juris verò, quoad effectum & virtutem possessioni tributam *arg. l. nemo 10. C. de acq. vel retin. poss. l. 1. §. 1. ff. d. tit.* Sic & stipulatio dicitur jus continere *l. si unus 27. §. pactus ff. de pact.* Et rursus stipulatio est contractus: sed contractus sunt facti *d. l. consilio 7. §. ult. ibi, quia solutio, venditio, traditio, facti magis quam juris ff. de curat. furios.*

Quo stipulationis exemplo rectè dicere possumus, 24 omnes contractus, partim esse juris, partim esse facti: quia nulla diversitatis ratio adferri potest, cur alij contractus essent tantum facti, & sola stipulatio juris. † Et 25 dicuntur contractus *partim juris*, respectu videlicet obligationis, quæ est juris vinculum, & nascitur ex contractu; *partim facti*, respectu scilicet ipsius actus, sive

C

tracta-

27 tractatus habitu inter duos Giphani. *d. tract. cap. 6.* † Solutio quoque mixta est, hoc est, partim facti, partim juris. Quod juris sit, probatur hac ratione: quia tollit obligationem, quæ est juris. Ea autem quæ juris sunt, tolli non possunt per ea quæ sunt facti *l. patre ff. de stat. hom.* Quod facti sit, probatur *d. §. ult. de curat. furios.*

28 Ut autem contractus, ita & delicta fortasse non male inter mixta numerantur, ut sint partim facti, considerando ipsam perpetrationem, partim juris, considerando obligationem Giphani. *d. loc.* Ususfructus quoque, etsi est juris, sive ipsum jus potius, tamen ex facto aliquo constare dicitur *l. 1. ff. Quand. dies ususf. vel di-*

29 cendum † ususfructum ipsum esse jus: sed præceptionem fructuum esse facti. Ut & servitus, puta, itineris, &c. est jus *l. 2. §. Pomponius ff. si serv. vind.* sed ire, id est, usus servitutis sive itineris, non male dicitur facti:

30 & † proinde si quis impediatur in usu, id est, in eundo, habet *remedium interdicti de itinere*: quia interdicta competunt de facto, hoc est, de usu & possessione. Sed si de servitute sive itinere ipso, v. g. mihi nullum iter per tuum fundum competere, controversia moveatur, aliud mihi remedium datur, nempe, *actio confessoria*, quæ est de jure, & non interdictum, quod est de facto *d. l. 2. §. Pomponius Hotom. illust. quest. 41. vers. Quartum exemplum*. Sic manumissio juris est, ratione libertatis, facti, respectu ipsius actus *l. manumissiones 4. de just. & jure*.

31 His ita propositis, agendum est de eo, *Quare quid sit juris & facti?* & unde cognosci possit? Varias hac de re sententias recenset Giphanius *d. tract. cap. 8.* sed tandem de suo addit, *juris dici alia, à jure, quod in se contineant; alia facti, quæ nullum jus contineant.* Solent

lent enim hæc duo, *jus & factum*, inter se opponi, ut *supra dictum est*. *Uincapio* igitur dicitur juris, quia jus & quiddam civile in se continet, puta, dominium, quod à possessione, quæ est facti, distinguitur *l. bona fidei 48. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. si pradium 16. C. de prad. & aliis reb. min.* Sic stipulatio, *habere licere*, dicitur esse juris, quia *habere*, proprium jus domini denotat, nec pertinet ad nudam detentationem *l. stipulatio ista 38. §. bi qui ff. de verb. oblig. l. possessio 49. §. 1. ff. de acquir. vel amit. poss.*

Restat ut videamus de *proprietate juris & facti & effectibus* inde resultantibus, ex quibus non solum *juris & facti* natura magis magisque intelligetur, sed & insignis insuper hujus argumenti utilitas. Proprietas maximè in hoc versatur, † quod ea *quæ juris*, sint civilia; *quæ facti*, 33 naturalia *arg. l. si unus §. pactus ff. de pact.* ubi pacta facti, stipulationes vero juris esse dicuntur. Jam notum est, pacta esse naturalia. † Intelligenda autem naturalia, 34 sunt, quorum in jure sit usus (ut tulsire, est naturale, non tamen pertinet ad jus.) Ea igitur quæ facti, sunt naturalia, ut tenere, ire, agere, solvere, tradere, emere, vendere, habitare, pacisci, & similia. Hæc enim naturaliter in jure fieri dicuntur; quod vulgò de facto, mit *der That*/re ipsa sive realiter. Ex hac proprietate hi sequuntur effectus.

Primò, quod ea, quæ juris sunt, per acquisitionem 35 transeant ad patrem, ad dominum, ad heredem *pr. Inst. per quas pers. nobis oblig. acquir. & §. 1. Instit. per quas pers. cuiq. acquir. l. 1. ff. si à parente quis manum.* ea verò quæ facti, non transeant, sed in ipsa primi acquirentis persona hæreant, & cum ea perimantur *l. si usus fructus 14. §. si ita ff. Quand. dies legat. l. qui heredi 44. ff. de condit. & demon-*
 C 2 *strat.*

strat. l. 1. §. Scævola ait ff. si is qui testam. l. quod dicitur 130. ff. de verb. oblig. l. si. statim liberis 6. §. ult. ff. de stat. liber. Exempli causa; si stipuler: *Mibi aut Titio dabis?* certum est valere stipulationem: de me quidem, quod unusquisq; sibi rectè stipuletur *l. stipulatio ista 38. §. alteri ff. de verb. oblig. & §. si quis alij vers. planè Instit. de inutilib. stipulat.* sic nec quoad Titium, adjectio est inutilis: neq; enim alteri facta videri potest, cum non obligationem ita stipulemur Titio, sed tantum solutionem in eum conferamus *d. §. si quis alij vers. planè l. cum quis 55. de verb. oblig.* Quoad Titium itaq;, stipulatio valet tantum in facto, id est, solutione, non in jure, id est, obligatione. Promissor itaq; Titio non est obligatus, sed solvere potest, eique solvendo liberari. Jus igitur alij stipulari non possumus, factum possumus; solutio autem consistit in facto *d. l. consilio 7. §. quasitum ff. de curat. furios. sive est facti, & proinde personalis, atq; idè non transit ad alium, neq; ad heredem, neq; patrem §. sed cum factum Instit. de stipul. serv. l. qui heredi 44. ff. de condit. & demonstrat. l. privilegia 196. de reg. jur.* Si itaq; Titius moriatur, promissor non potest ejus heredi solvere *l. cum quis. de verb. oblig.* Atq; huc non incommodè refertur regula Q. Mutij, quâ docemur: nihil aliud in heredem posse transfundi, quam id quod hereditas sit; illa verò quæ meri facti sunt, hereditatis esse ineptè dieuntur *l. 1. §. Scævola ff. si quis test. lib.* Ita si servus stipuletur, ut sibi ire, agere liceat, ipse tantum prohiberi non debet, non etiam dominus *d. §. sed non factum Instit. de stipul. serv.* hæret enim factum illud in persona stipulantis, sive servi, qui & ipse naturalium, sive eorum, quæ sunt facti, capax est *l. quod attinet 32. de reg. jur.* Quia itaq; ire est facti, idcirco non dominus, sed solus servus ire poterit. Sic

Sic dominium rei legatæ ipso jure post additionem & 36
agnitionem transit ad legatarium *l. à Titio 64. ff. de furt.*
l. legatum 80. de legat. 2. Possessio verò non transit sine
naturali cõmpræhensione *l. §. quod ait prator l. voluntate*
ejus 11. ff. Quid legat. Enimverò dominium in jure confi-
stit: omnia autem jura in heredum personâ continuari
censentur: cum & hereditas ipsa sit juris successio, non
corporum *l. omnis hereditas 138. l. omnia ferè jura 193. de reg.*
juris l. hereditas 50. ff. de petit. hered. At possessio est facti
& animi, neq; jura permittunt, ut in hereditatem cadat
l. cum heredes 23. ff. de acq. vel amis. poss. † Et hinc est, quod 37
in suis heredibus quidem admissa sit continuatio domi-
nij *§. sui autem. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. l. 3. C. de*
jure delib. non etiam possessionis. Neque enim va-
let conclusio à dominio ad possessionem: Fingitur fi-
lius esse dominus vivo patre: Ergò & possessor. Malè.
Dominum enim est juris; possessio facti. Fictio autem
in his quæ sunt juris locum habet, non in iis, quæ sunt
facti *l. si is qui pro emptore 15. ff. de usucap.*

Secundo, quod ea quæ facti sunt, etiam in servos 38
cadant; ea verò quæ juris, non cadant in servos, v. g.
servus tenere potest, & si stipuletur sibi tenere licere,
valet stipulatio. Sic & servus contrahere potest, trade-
re potest, ire, agere potest: sed obligari non potest:
Illa enim sunt facti, & naturalia, quorum particeps est
servus; hoc verò juris, cujus expertus est servus. Sed hoc
de obligatione civili intelligendum, quod dictum: Na-
turaliter enim servi obligantur, & obligant, *ut dicitur in*
l. servi 14. de oblig. & act. Sic & servo potest solvi: quia
solutio est facti *d. l. 7. de curat. furios.* Nota est regula ju-
ris; † Civilium quidem servos esse expertes; natura- 39

lium non item *l. quod attinet 32. de reg. jur.* Sic arbitrium & arbitratus non cadit in servum, quia juris est *l. illa verba 68. de verb. sign.* Sic & servus, velle, ac nolle, potest, quia voluntas est facti. Idem de consensu dicendum est *l. 3. C. de hered. Instit.*

40 Tertiò, quod ea quæ juris sunt, pereant capitis diminutione: ea quæ facti sunt, non pereant *l. pen. ff. de capite minut.* Est enim capitis diminutio, civile quidam; ut & ea quæ juris. Sed ea quæ facti, sunt naturalia. Jam civilia tolluntur per civilia: naturalia non item *§. ult. Instit. de legit. agnat. tut.* Sic legatum rei, est juris: & obligatio est juris: ac proinde tollitur capitis diminutione: sed legatum annuum, puta, in alimenta, aut habitationis, est facti, *d. l. pen.* & proinde non tollitur capitis diminutione Giphan. *dicto tract. de jure & facto cap. fin.*

41 Illud hoc loco etiam addendum; Factum factiq; stipulationem, non recipere divisionem *l. stipulationes non dividuntur l. in executione ff. de verb. oblig. l. 1. §. si usufructus ff. ad L. Falcid.* Cujus dicti tres rationes reddunt Interpretes, Bart. *in d. l. stipulationes quest. 3.* Anton Gomez. *2. var. resolut. cap. 10. n. 24.* quæ tamen displicent Johanni Parladorio *lib. 1. rer. quotid. cap. 6. n. 3.* eò quod hujus rei rationem à civilibus causis mutuentur, cum tamen certissimè ratio à naturalibus causis pendeat. Quare itaq; factum divisionem non recipiat, rationem reddit *d. loc. n. 5. & seqq.* quoniam secundum naturam factum nequaquam divisionem recipere potest: Impossibile est enim secundum naturam, ut quispiam pro parte facere possit: quoniam natura non patitur, ut motus in partes dividatur, v. g. ambulare facti est; innitere ergò totis nervis, ut pro parte ambules, & ne moveberis quidem.

Item,

Item, lapidem, jacere, facti est; da operam, ut pro parte jacias, & lapis quidem manu non cadet. Similiter scribere facti est; finge igitur, velle te pro parte scribere, & profectò ne unam quidem literam exarabis. Ratio verò quare ita comparatum sit naturâ, illa est sanè, quia factum, neq; antequam fiat, neq; quando fit, neq; postquam est factum, in rerum natura est; quod autem in rerum natura non est, id divisionem recipere non posse, palam est: quomodò enim quod non videmus, neque tangimus, dividere poterimus? Quod autem factum in rerum natura non sit, tum scribit *Justinus in l. opera ff. de operis libert.* tum rationem membratim explicat Pontifex Joannes XXII. in *extravag. ad conditorem, de verb. signific.* Et plane quod factum secundum naturam individuum sit, & ipsi Jureconsulti satis significasse videntur, ut in *l. 1. §. si usufructus ff. ad L. Falcid. l. in executione §. 2. & l. stipulationes ff. de verb. oblig. l. stipulatio §. quasitum ff. de novi oper. nunciat. l. si is quadringenta 79. ad L. Falcid.* Parladorius *d. cap. 6.* ubi ex hoc infert, constare rationem, quare testamentum sit individuum *l. si quis & ibi Bald. de testam.* quia nempe voluntas res facti sit *l. bona fidei ff. de acquir. rer. dom.* Item, quare sacra missarum mysteria individua sint *c. nihil 7. quest. 1.* nam, ut ibi textus, inquit, neq; perfecta videri poterunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Hac etiam de causa magistratum officium individuum dicitur *l. Imperator ff. ad municip.* quia scilicet in faciendo consistit. Et servitutes individua sunt *l. 2. §. & barum & l. stipulationes ff. de verb. oblig.* quia in facto consistunt. Quid enim aliud est servitus itineris, quam eundi, agendi? quid item aquæ ductus servitus, nisi jus aquæ ducendæ per fundum alienum

num

num §. 1. *Instit. de servit. l. via ff. de servit.* Cum igitur factum divisionem non recipiat, consequitur, neq; servitutes, quia in faciendo earum usus consistit, divisionem non recipere *Parlad. d. cap. 6. §. 1.*

42 Deniq; ne quid omittamus, quod ad hanc difficilissimam & intricatam *juris & facti* materiam pertinet; adjicere, quædam libet de vulgata & frequentissima illa clausula, *Ipsa jure, & ipsa facto*, quâ *ipso jure*, aut *ipso facto*, quid annullari, aut aliàs quid fieri dicitur: cum utraq; clausula summâ inpraxi utilitatē habeat. Clausulæ, *ipso jure*, sæpissimè fit mentio in Digestis Codice, & Institutionibus Juris, item, in jure Canonico; quæ nihil aliud significat, quam quod legis dispositione immediate absq; ullo intervallo venit aut corruiat *Anton. Natta consil. 353. Incip. viso & examinato diligenter processu num. 9. Felin. in c. nonnulli §. sunt alij num. 48. de rescript. sect. 6. num. 7. lib. 1.*

43 Sic omnes obligationes activæ filio arrogato competentes, *ipso jure* inducuntur aut transferuntur in patrem arrogatorem §. *fin. Instit. de acquisit. per arrogat.* Sic quando duo eandem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati fuerunt, *ipso jure*, & singuli in solidum tenentur, & singuli debent, atq; ad eò *ipso jure* quisq; tenetur, ne habeat quo se excuset, *l. 2. de duob. reis constit.* Sic si quis repressor, defensor & fautor hæreticorum, fuerit excommunicatione notatus, & satisfacere contempserit, ex tunc protinus *ipso jure* ille fit infamis *Autb. credentes C. de hæret. & Manich.* Sic clericus *ipso jure* privatur beneficiis *c. 1. in fin. de homicid. in 6.* Et ad eundem modum, diffidationis delictum facit aliquem *ipso jure* incidere, in bannum Imperiale, quod privat aliquem bonis *Constit. Carolin. 5. de public. judic.* quia diffidatio est contra pacem

pacem publicam Modest. Pistor. *illust. quest. 13. num. 3.*
 Sic dispositione legis aut juris, *ipso jure*, dicuntur res fieri ejus cui donatæ sunt *l. 32. §. 1. de donat. int. vir. & uxor.*
 Et legitimæ supplementum inducitur ipso jure *l. scimus in princ. verb. ipso jure, & §. repletionem C. de testam. inoffic.*
 Sic fundum illius vassalli, qui sine masculino herede discedit, *ipso jure*, aperitur domino feudi Schrad. *consil. 21. n. 21.*
 Et pedagium ubi defraudatur, bona *ipso jure* confiscantur Cravet. *consil. 115. num. 1.* Et compensatio fit ipso jure *l. fin. C. de compensat.* quod habet æquitatem: nempe quatenus interest non solvere, quam solum repetere. *l. 3. ff. de compensat.*

Sic si dolus accedit contractui, tunc is *ipso jure* annullatur Coraf. *in l. si quis 36. ff. de verb. oblig.* Et per solutionem, itemq; per acceptilationem contingit ipso jure liberatio *l. 95. §. 4. ff. de solut. l. 23. ff. de minorib.* Per confectionem testamenti secundi, *ipso jure* tollitur prius *l. 27. C. de testam.* per dissensum, *ipso jure*, tollitur obligatio *§. fin. Instit. Quib. modis toll. oblig.* Item, pactum de non petendo *l. stichum §. naturalis ff. de solut.* Et falcidia ipso jure minuit legitimam *l. pen. C. ad L. Falcid.*

Sic ipso jure quid prohibetur fieri: veluti, servitutes, *ipso jure*, neq; ex tempore, neq; ad certam conditionem, constitui possunt *l. 4. de servit.* ut etiam certæ personæ, *ipso jure*, neq; tutores dari possunt *l. 8. de reb. eorum qui sub. tut. vel cura.*

Cæterum quæ ipso jure veniunt, immediatè veniunt, id est, nullo facto extrinsecus accedente: quemadmodum hereditatis aditio, in suis heredibus non est necessaria, quia *ipso jure* heredes existunt *l. 14. de suis & legit. hered.* quasi diceret, etiamsi aditio, quæ facti est, non

D inter-

interveniat. Directæ quoq; libertates eæ demum sunt, quæ ipso jure competunt *l. fin. §. 1. C. de hered. petit.*

- 46 Ex hisce & similibus, talem Dd. extruunt regulam: Ipso jure quod venit, ita venire, ut non sit opus ministerio judicis Bart. *in l. 1. de compensat.* Felin. *in c. Rudolphus vers. ultimo de rescript.* sententia *c. fin. de præscript. in 6. c. sciant. de elect. in 6.* Gail. *tract. de pace publ. lib. 1. cap. 3. num. 2.* aut ulla magistratus opera *l. sed & socius 17. §. fin. ff. pro socio l. is cui lege ff. de testam.* seu, pro ut uno etiam, verboponit Ulpianus *in l. in causa cognitione §. 1. de minorib.* quod mero jure venit, sine altero medio Bart. *in l. uxori ff. de auro & arg. leg. & in l. ambitiosa ff. de decret. ab ord. fac.*

- 47 Quin & ipso jure dicitur venire aut fieri, quod nullo interposito intervållo venit *per l. 27. C. de testam.* ubi statim post secundi testamenti erectionem, primum testamentum tollitur, corrumpitur, annullatur. Ex hoc rectè huic clausulæ assimilantur hæ particulæ, sive ad verba temporis, mox, confestim, in continenti, illico, continuo, statim, protinus, penitus, omnimodò, nullatenus *l. placet. 79. de acquir. hered. l. amissi 51. §. 2. de fidejuss. l. idemq. 10. §. si cui mandavero 6. ff. mand. l. qui uxorem 15. ff. de injust. testam. l. 1. in fin. ff. de salut. §. illud proprium Inst. de adopt. §. 1. Inst. de hered. qualit. cum similib.*

- 48 Verùm contra id quod docetur, ea quæ ipso jure insunt, aut fiunt, non indigere aliqua exceptione, sententiâ, aut alio quopiam ministerio, facto aut adminiculo hominis extrinseco, videtur opponi posse §. *in bona fidei Instit. de act. & l. 4. C. de compensat.* compensationem nimirum opponendam esse in judicio. Sed ad hoc respondetur; illas actiones & exceptiones, quæ ipso jure obtinent, propriè non dici actiones aut exce-

puo-

ptiones, sed saltem simplices allegationes Zanger. *in tract. de except. p. 3. in proem. num. 11.* ac si quæ sequitur sententia, illa declaratoria potius denominanda, est Menoch. *de A. J. Q. lib. 2. casu 416. num. 64.* Mynsing. *cent. 2. observ. 43.* etenim licet super facto, in quo ipso jure imponitur pœna, non requiratur condemnatio; priusquam tamen ad executionem venitur, opus erit declaratione, ne scilicet fortassis sibi ipsi quis videatur jus dicere, quod per abusum frequentius fieret. Sichard. *consil. quod extat inter consilia Laurentij Kirchovij, tomo 4. Incip. Quaritur nunc Wesenb. consil. 61. num. 3. & 18.* Accedit itaq; factum hominis, sed longè alio sensu, ac in cœteris. Sic namq; constat, ex facto demum oriri jus, eaq; duo se invicem habere, tanquam antecedens & consequens, nec unquam existere jus, nisi factum præcedat, v. g. Novatio fit quidem ipso jure, si tamen disertis verbis voluntas novandi ante declarata fuerit, vel aliàs de mente novitatem facere volentium, ex facto aliquo præcedente constet Vincent. *de Franch. decis Neapol. 15. p. 1.* Deinde factum hominis accedit, ut constet, alterum vel actorem vel reum eo jure uti velle; allegatione igitur opus est, ac consequenter declaratione judicis. Veluti, si tu petas à me centum, atq; tu mihi totidem debeas; judex sane divinare non potest, te mihi totidem debere, nisi ego id allegem ac doceam; sin minus ego objiciam compensationem, tunc aut compensatio nulla creditur, aut certe me eam tacitè repudiasse, & ex novo capite debitum iri existimatur. Si quidem opponendo semel omissa, non propterea perimitur jus agendi, Bald. *in l. quod in diem §. si rationem ff. de compensat.* Evidentius id exinde patet. Quod ad do-

minum actorem, propter delictum vasalli ipso jure revertitur feudum; si tamen dominus voluerit Speculat. *in tit. de feud. §. quoniam vers. 27.* Sic falcidia quidem refecat ipso jure, si tamen heredes voluerint *l. linea ff. ad L. Falcid.* Et licet legitimæ supplementum inducatur ipso jure, *l. scimus in prin. §. repletionem C. de inoffic. testam.* id tamen intelligitur, filio sivè parte petente *l. universa ubi gl. & Bart. C. de precib. Imp. offer.*

- 49 Alterius clausulæ, quæ nuncupatur, *ipso facto*, fit mentio *in l. fugitivus 225. de verb. sign. c. clericis vers. prelati de immunit. Eccl. in 6.* Ubi illud admonere ratio subjectæ materiæ suadet. Factum nonnunquam opponi juri *l. mara 32. ff. de usur.* quoties non attento legis remedio, dispositione aut ordine juris, contra jus ac æquitatem quid committitur, sine causæ cognitione, ommissa citatione, manu regiâ, via facti. † Hinc vulgare; quod
50 de facto fit, de facto prohiberi potest Menoch. *de remed. possess. num. 4.* Quæ facta, non jure, fiunt, facto compefcere fas est *l. 1. C. ut nemini liceat.*

Nonnunquam propius factum cum jure derivatur, quoties nimirum sumitur, pro via summaria, amplectens justiciam, & excludens strepitum ac ordinem judicij: ut si rescribatur, † ipso facto procedi debere; idem
51 est, ac si dictum fuisset, sine solennitate civili: dummodò uterq; actor & reus suis allegationibus & defensionibus sufficienter audiatur. Arctin. *in l. stipulatio ista ff. de verb. oblig.* Deniq; eandem recipit significationem cum jure, quam etiam retinet utraq; clausula, *ipso jure*, & *ipso facto*, ut nimirum, tam hæc, quam illa, excludat ministerium judicis, æquè ac de clausula, *ipso jure*, id fuit prohibitum, uti modò dictum. *Grammat. decis. 15. & 19.*
quod

quod tamen intellige, quoad juris effectum: quo respectu; nullum omnino inter præfatas duas clausulas esse differentiam, exponit Archidiaconus *in c. 1. de homicid. in 6. & Dd. in l. si quis in tantam C. unde vi*, quos refert & sequitur Joannes Schneidwinus *in §. recuperandæ inst. de interdict. num. 15.* ita, ut censeri possit, clausulam, *ipso facto*, idem importare, ac si *ipso jure* dictum fuisset. Bart. *in l. 1. de bis qui not. infam. Rol. à Valle consil. 62. Incip. Factum sic se habet num. 22. & 23. Moller. lib. 5. semestr. differ. 29. num. 1.*

Coeterum, utramq; clausulam, scilicet, *ipso facto*, & cum clausula, *ipso jure*, in effectu convenire, ita tamen quod se habeant tanquam antecedens & consequens, innuit *d. l. fugitivus 225. ff. de verb. sign.* ubi quaeritur, quis vere fugitivus sit? Et respondet JC. Tryphoninus; Fugitivum esse, non eum, qui solum consilium fugiendi à domino suscepit, licet se id facturum jactaverit, sed qui ipso facto fugæ initium mente duxerit. Et in fine ejusdem legis concluditur; ideò fugitivum quoq; & erronem, non secundum propositionem solum, sed cum aliquo actu intelligi. Ex qua lege, quam principaliter inducitur, solam maleficij cogitationem & consilium, delictum non contrahere, nec poenam mereri: ea ipsa tamen conspicuum utiq; redditur, ipso facto fugitivum esse, quando factum illud in actum pertensum est; propterea tum demum lex eum fugitivum esse statuit; qua ratione idem est, ac si dicam, eum ipso jure esse fugitivum, quatenus nimirum jus ita disponit. *c. clericis de immunit. Eccl. in 6.* Quoties ergò perhibetur, clausulam *ipso jure* & *ipso facto*, denotare id quod immediate, in continenti, omni mora inter-

rupta, nullo facto alio accedente vel adhibito, fit, illud intelligi debet, de facto præcedente, super quo statim sequitur & fundatur jus, neq; opus est illud jus per sententiam expiscari, cum super eo casu existente lex jam disposuerit, quid juris sit, vel non sit *d. l. fugitivus.*

CAPUT II.

De aliis JURIS significationibus.

SUMMARI A.

1. *Alia adhuc juris Significationes.*
2. *Jus denotat locum in quo jus redditur.*
3. *Jus denotat artem juris.*

I. PRÆTERQUAM quod jus aliquando opponitur facto, ut præcedenti capite traditum; Jus adhuc alias habet significationes. Et quidem primò propriè jus significat constitutionem, quæ recta pro imperio jubet *l. penult. de just. & jure*, eaq; acceptione, jus à jubendo dicitur, quasi jussum. Antiqui enim, authore Festo, jura dixerunt jussa, idq; propter excellentiam jubentis, & ipsius jussionis auctoritatem Donell. *lib. 1. comment. cap. 4.* qua re à dominicis & patriis jussibus differt Wesenb. *in parat. ff. de just. & jure num. 14.* Et in hoc significato dicitur jus constitutum, Naturale, Civile, Prætorium. *tot. tit. Instit. de jure nat. gent. & civ.* Præterea jus impropriè accipitur, non pro eo, quod legislator constituit; sed quod cuiq; privatim jure quodam debetur, per metonymiam continentis pro contento: ut cum dicimus, jus suum cuiq;tribuendum *l. justitia 10. in princ. & §. 1. de just. & jure & §. juris præcepta 3. Instit. d. tit.* Item, homi-

homines alios esse sui juris, alios alieno juri subjectos
l. 2. & tot. tit. ff. & Instit. de his qui sui vel alieni juris. Sic
 jus sanguinis, adoptionis, agnationis, id est, beneficia
 sanguini, adoptioni, agnationi, jure competentia: sic
 jus sui *l. 1. §. ult. ff. de agnosc. liber. l. fin. de just. & jure l. jus
 autem agnationis 35. de pact. l. jura sanguinis 8. de reg. jur.* Sic
 juris nomen adjungitur usufructui *l. 1. de usuf. §. 1. Instit.
 eod. servitutibus l. 1. de servit. rust. pred. §. 1. Inst. eod. obli-
 gationibus §. 1. Instit. de obligat. actionibus §. 1. Instit. de
 act. & similibus.*

Præterea improprie jus refertur ad locum in quo 2
 jus redditur: appellatione collata ab eo, quod fit, in eo
 ubi fit; quem locum determinare possumus hoc modo;
 ubicunq; prætor salva majestate imperij sui, salvoque
 more majorum, jus dicere constituit: is locus recte jus
 appellatur *l. jus pluribus modis dicitur 11. de just. & jure.*
 Hinc in jus vocare & ducere. Hinc vetus formula:
 Quando te in jure conspicio &c. *l. voluit prætor 4. §. 1.
 de interrogat. in jure faciend. Cujat. 14. obs. 2. Duar. lib. 1.
 anniv. disputationum cap. 1.*

Deniq; in improprio significato, jus per metonymy- 3
 miam contenti, significat artem juris, ut valeat idem,
 quod præceptorum juris comprehensio: quo respectu
 sive significato, accipitur jus apud Ulpianum *in l. 1. in
 princ. de just. & jure*, ubi jus à justitia descendere affirmat
 Oldend. *in d. l. 1. Wesenb. in parat. eod. n. 14.*

C A P U T III.

De jure scripto, & æquo bono.

SUMMARIÆ.

1. *Singulis legibus constat sua equitas.*

2. *Equi-*

2. *Æquitas aliquando opponitur juri scripto.*
3. *Æquitas est naturalis vel civilis.*
4. *Æquitas circa quid versatur.*
5. *Æquitas naturalis quid sit.*
6. *Quare omnes articuli singulatim legibus comprehendi non potuerunt.*
7. *Æquitas non potest duplex statui, scripta & non scripta.*
8. *Æquitas pro ipsa arte boni & æqui.*
9. *Æquitas qua defectum legis supplet, in scripturam redigi non potest.*
10. *An æquitate, an verò jure scripto sit judicandum.*
11. *Jus Romanum ad rationem propius accedit.*
12. *Judicis decretum: Undè habeat suam auctoritatem.*
13. *Judici non licet judicare de legibus.*
14. *Judex non judicans secundum leges, incurrit crimen lese majestatis.*
15. *Interpretatio de æquitate, soli Imperatori reservata.*
16. *Judex quando æquitatis rationem habere potest.*
17. *An etiam hoc tempore usus æquitatis inveniatur locum.*
18. *Æquitatis usus hodie magnus.*
19. *Æquitatis judicium quomodo formandum.*
20. *Omne jus per se est æquum & bonum.*
21. *In dubio benigniora sunt sequenda.*
22. *Ex verbis legis inducitur jus strictum.*
23. *Æquitatis usus in tribus potissimum lucet.*

I **Q**uatenus jus significat artem juris; Ulpianus ex Celso definit jus, quod sit ars boni & æqui *d. l. i. §. 1.* Et quidem rectè: singulis enim legibus sua constat æquitas *l. si duo 13. §. pen. ff. jurejur.* adeoq; omne jus civile est æquitas, sive æquum & bonum *l. in omnibus 90. de reg. jur. l. 1. §. 1. ff. si is qui testam. liber esse juss.*

Ali-

Aliquando autem ipsa æquitas, sive æquum & bonum, specialiter accipitur, & opponitur *juri scripto*; & definitur, animi judicium, ex verâ ratione petitorium, de rerum ad honestatem vitæ pertinentium circumstantijs, manifesto jure non decisus, rectè discernens, quid fieri, aut non fieri, justum, bonum & æquum sit Johan. Oldendorp. *in tract. de jure & æquitate.*

Hæc porro æquitas naturalis. (Est etiam æquitas civilis *d. l. 1. §. 1. ibi, naturalem potius in se quam civilem habet æquitate ff. si is qui testam. liber jussus est*, quæ nimirum per totum jus civile, vel, uti in *l. unic. C. de rei uxor. act.* per juris nostri corpus, omnesq; ipsius partes fusa, adeoq; ipsum jus scriptum, hoc est, ars boni & æqui est *d. l. 1. de just. & jure*, quæ scilicet jure civili prodita, vel auctoritate prætoris, qui semper æquitatem ob oculos habere debet, temperata *l. quod si Epbesi 4. ff. de eo quod certo loco*, quam exinde quidam æquitatem scriptam appellant: verum cum illa eò quò tendimus non pertineat, de ea dicere hic locus non est) *l. 1. in pr. ff. de pact.* vocatur naturalis justitia *l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tut.* humana interpretatio *l. 1. §. qui operas ff. ad Tertull. bona fides l. 26. §. 4. ff. mandati benignitas l. benignius ff. de legib. Faber ad l. in omnibus 90. de reg. jur.*

Rectè autem dicitur in definitione æquitatis modò traditæ; æquitatis regimen versari in rebus jure non decisus: nam si lex scripta sit perspicua, clara, & evidens, præcisè illa in judicando tenenda & observanda est, ut inferius dicetur, *text. in l. prospexit ff. Qui & à quib. manumissi*, & passim alibi.

Sic æquitatem naturalem definivit Aristoteles, quod sit scriptæ legis defectio: Item, jus, quod lex

E scripta

scripta prætermisit *lib. 1. Rhetor. cap. 83.* Sicut consuetudo propriè nihil aliud est, quam jus, quod lex scripta prætermisit. Sed *æquitas*, jus natum & naturale; at *consuetudo*, jus constitutum & receptum.

Sunt enim in juris arte summa notata genera, & factorum, & juris, de factis constituti: quæ genera, ut semper & ubiq; præcisè sibi convenient, sive verba, sive etiam mentem legis spectes, fieri nequit. Et verò, ut de singulis factis singula jura constituerentur, id erat olim, atq; etiamnum est impossibile: quod adnotavit Jctus cum dicit: Neq; enim leges, neq; Sctæ, ita scribi potuerunt, ut omnes casus, qui quandoq; inciderint, comprehenderent: sed sufficiebat, ea, quæ plerumq; accidunt, contineri *l. neq; leges ff. de legib.*

- 6 Quod itaq; omnes articuli singulatim legibus comprehendi non potuerunt, culpa non est in lege, neq; legislatore, sed in rei natura. Quia enim ratione fieri potuit, ut ea quæ in facto consistunt, quæq; in perpetuo sunt fluxu, & jam hoc, jam alio modo contingunt, commodè lege definiri possent. Scilicet, jus non nisi finitum esse potest *l. 2. de juris & facti ignor.* Facta autem ex circumstantiis, quæ sunt infinitæ, & ipsa infinita sunt. At res singulæ sub artem, nec sub præceptionem ullam cadunt *Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 10. & lib. 1. Rhetoric. cap. 83.* Cum itaq; casus, qui lege comprehensus non est, quandoq; inciderit, in eo dijudicando æquitatem adhibere, mentem legislatoris attendere, ac ea quæ desunt, judicem supplere oportet. Quocirca Jctus Paulus, hæc, inquit, æquitas suggerit, etsi jure deficiamus *l. 2. §. item varus ff. de aq. & aq. pluv. arcenda* Jus ergò hoc neq; definitum, neq; certum, nec scriptum esse potest. † Undè patet,
- 7

patet, æquitatem non posse constitui duplicem, scriptam, & non scriptam: quia manifestè æquum & bonum à scripti juris ratione distinguitur *in l. in his ff. de condit. & demonstrat.* Nulla enim æquitas continetur scripto & verbis: sed quæ scribitur, æquitatis nomine amisso, transit in nomen juris: quin etiam hoc rationi consentaneum est. Jus enim scriptum habet verba quæ scribi possunt: Æquitas mentem habet & sensum verborum, qui scribi non potest, *Duar. lib. 2. annivers. disputat. cap. 18. Faber in d. l. in omnibus ff. de reg. jur.*

Sanè si quis æquitatem scriptam intelligat pro ipsa 8
arte boni & æqui, quæ ipso jure civili prodita, vel auctoritate prætoris, qui semper æquitatem ob oculos habere debet, temperata *d. l. quod si Ephesti non refragabor per text. in l. omnium & seqq. ff. de legib.* Et jus illud scriptum, sive æquitas scripta, semper certa est: at secus est de æquitate, quæ defectum legis supplet, & non scripta, adeoq; semper incerta est, de qua hoc loco sermo est. *Oldendorp. d. tract. tit. Quid sit æquitas, quid strictum jus.* † Æquitas itaq; in scripturam redigi non potest: quanquam jus aliquod de casu speciali ad æquitatem redactum, possit scripto comprehendi, *uti modò dictum Oldendorp. d. loc.* Certum itaq; est *in l. placuit C. de judiciis*, contra optimorum & vetustissimorum exemplarium fidem ineptè legi, Æquitatisq; scriptæ, *Pet. Faber in d. l. in omnibus & Fr. Duaren. lib. 2. disp. cap. 18.*

Hic libet inquirere & indagare: *Utrum jure scripto, to an æquitate judicandum sit?* Nam facilè quis incautor hic impingat, præsertim qui argutis disputationibus materiam hanc tractare voluerit, sicut faciunt plerique *in l. placuit C. de judic.*

Proindè sic statuendum est. In his casibus sive factis, de quibus lex principaliter scripta, est perspicua & manifesta, etiamsi prædura videatur, simpliciter & præcisè ex scripto illo jure sive lege pronuntiandum est, nec licet judici à scripto recedere Cujat *lib. 2. consuet. feudal. cap. 1.* Ubi hoc primò præmittendum est, Deum in politia Mosaica jus scriptum extare voluisse, & omnibus ferè seculis præcipua & honestiora imperia jure scripta gubernata fuisse. Et legi obtemperare convenit, quòd vox divina magistratui obedire præcipiat, *Rom. 13.* ac lex sit vox superiorum magistratuum; ut & ideò Demosthenes Orator, legem, inventum ac munus Dei, decretum verò prudentum hominum definierit, *in Orat. contra Aristoginotem lib. 2. de legib.* Sic sacra scriptura, homicidia aliaq; delicta secundum legis præscriptum sine ullâ commiseratione & æquitatis temperamento puniri jubet *Num. 35. v. 31. Deuter. 19. v. 13.* Si igitur in criminalibus lex scripta præcisè servanda est; utiq; etiam, imò multò magis, in civilibus. Et hinc quoque Theologi legem scriptam æquitatis arbitrio emolliendam negant Pet. Martyr. *in locis communib. cap. 14. n. 28. pag. mibi 923.*

Deindè etsi non omnium quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi possit; & ideò rationes eorum quæ constituuntur ad amussim inquirere non oporteat; plus tamen quàm manifestum est, leges, plebiscita, SCta, edicta prætorum, principum constitutiones, responsa prudentum, summam in se habere æquitatem *d. l. omnium cum seq. de legib. sup. §. Sanè si quis æquitatem scriptam &c.* Ratio est manifesta. Frustra enim leges scriptæ erunt, nec opus deinceps scribi leges, si judici lice-
ret

ret ex capite suo, vel de communi hominum opinione, contra leges scriptas, æquitatem fingere, & à scriptis legibus discedere: cum eâ ratione, homines præsumtuosi & temerarij, optimas quasq; leges prætextu æquitatis, cujus tamen vim & potestatem ipsi ignorant, sint abolituri Paul. Castr. *in l. 1. num. 3. C. de legib. & in l. placuit num. 3. C. de judic.* Ne dicam, leges cum in finem scribi, ut secundum præscriptum earum vivatur & judicetur; non ut secundum æquitatis imaginariæ rationem efforentur. Finis autem rei cujusvis semper inspiciendus est *per vulg.*

Et quidem quod attinet leges, de ijs constat, eo tempore, quo penes Consules, viros prudentissimos, summa rerum potestas erat, eas esse latas: qui eas non præposterâ festinatione ferebant, sed ad considerandas res, & tempus, & diligentiam adhibebant; quò plus potuerunt ingenio, eò magis sibi subsidio diligentiam comparaverunt *l. 2. §. postea ff. de legib.* De quo latè Paulus Manutius *de antiquis legibus Romanis.*

Idem de plebiscitis, & reliquis partibus juris rectè dicitur. Nam à magistratu, tam usu rerum, quam doctrina præstantissimo, illa omnia sunt profecta; In quibus constituendis, procul dubio, viri, non tantum juris, sed etiam reliquarum artium peritiâ excellerunt: rem in utramque partem disputarunt, ac ipsâ disputationum cote quasi omnia perpolverunt & illustrarunt. Declarat illud Jctus *in l. questum 78. §. illud fortasse ff. de legat. 3. l. adeò 7. §. cum quis l. 25. l. 27. ff. de acquir. rer. dom. §. cum ex alienâ Instit. de rer. divis.* præter infinitos alios locos, quibus Jctorum scientia exquisitissima, & consilium in jure,

constituendo prudentissimum confirmari posset; quos hic recensere superfedeo.

Quin amplius, ne tantum auctoritate & solâ legumlatorum prudentiâ nitar, edoceri etiam potest rerum testimonijs, legumlatores in legibus ferendis æquitatem antè oculos semper habuisse, & singulis legibus suam æquitatem tribuisse, ut patet *ex l. in omnibus 90. de reg. jur. l. Paulus 27. §. Pompejus ff. de legat. 3. l. hac lege 8. C. de pact. convent. super dote l. 1. C. ad SC. Vellej. l. 2. §. liberi & l. 5. ad SC. Tertyll.*

Sic jus prætorium itidem æquitatis est plenissimum, tam in interdictis *l. 1. in princ. ff. de vi & vi arm. quàm in edictis §. adhuc autem Instis. de bon. poss. l. sed cum patrono §. ult. ff. de bon. possess.* Ut in interdicto quod legatorum, Ulpianus inquit: Æquissimum prætori visum est, unumquemq; non sibi jus dicere occupatis legatis, sed ab herede petere *l. 1. §. 1. Quod legat.* Sic interdictum de precario, naturalem in se habere æquitatem, Ulpianus inquit *l. 2. §. 1. l. habet ff. de precario.* Ejusdem æquitatis plenum est edictum, de legatis præstandis, & de collatione bonorum *l. 1. de legat. prest. l. 1. de collat. bon.* Et de mittendo in possessionem *l. 1. §. est enim ff. de vent. in poss. mit.* Sic & in alijs edictis omnind æquitatem spectavit prætor *l. 1. ff. Quod quisq; juris l. 1. de minorib. l. 1. de instit. act. l. 1. Quod falso tut. l. 1. de constib. pecunia. cum similib.*

II Undè constat, jus civile Romanum ex omnibus partibus ad humanitatem & rationem naturalem propius accedere, quam ullum aliud jus constitutum. Undè & Cicero, jus ipsum, æquitatem definire, non dubitavit: Cum jus, ait, esse æquitatem constitutam his, qui ejus-

ejusdem sunt civitatis ad res suas obeundas *in Topicis. in princ.* Nihil igitur tam diligenter in civitate, quam jus civile retinendum est: etenim hoc sublato, nihil est, quare cuiquam exploratum esse possit, quid suum, aut quid alienum sit *Cicero in Orat. pro Cecinna.*

Et quis credat, quemplam hoc seculo, graviore de liberatione boni & æqui iudicaturum esse, quam à Romanis legumlatoribus justiciæ consultissimis factum est, in illis speciebus, de quibus nominatim ac principaliter scripserunt? Ut ita jam descriptæ leges formam habeant optimam, de negocijs nominatim comprehensis *Oldend. d. loc.*

Porro iudicis decretum seu pronuntiatio, habet auctoritatem, non quod sit privata auctoritas (neq; enim hoc iudici expediret, propter implacabilia condemnatorum odia) sed quia viva vox juris scripti est, ut dicit *Martianus l. nam & ipsum ff. de just. & jure, & Ulpianus l. 1. §. 1. de feriis.* † Ideirco iudici non licet iudicare de legibus, earumq; veritate, justiciæ & æquitate, sed debet secundum leges iudicare *c. in istis. dist. 4. & secus si fecerit, crimen læsæ majestatis incurrit l. 1. l. 3. C. de crimine sacri-legij l. fin. C. de legib.* Quin etiam constat, sententias contra jus scriptum latas, non valere *text. in l. si expressim ff. de appellat.* Hinc Ulpianus de facto consultus, cum in proposita facti specie æquitatem cum jure scripto concurrere & configere animadverteret, secundum jus scriptum nihilominus pronuntiavit, & scripti juris majorem ac potiores, quam æquitatis, rationem haberi oportere, respondit *l. prospexit ff. Qui & à quib. manum.* Et si quis juri scripto mordicus non adhæreat, sed auctoritate juris scientiæ, quæstionem boni & æqui suo
arbi-

arbitrio adjungat, & ex æquo & bono scriptum jus interpretari conetur, eum perniciosè plerunq; errare, Celsus scribit *in l. si servum 81. §. 1. de verb. obligat.*

- 15 Deniq; Imperator Constantinus interpretationem de æquitate & jure sibi soli nominatim reservat *l. 1. l. ult. §. 1. C. de legib.* Ut ostendat, legem scriptam semper esse sequendam, donec Imperiali auctoritate aboleatur, vel alteretur, si quam duritiem legi scriptæ inesse appareat, vel si lex sit ambigua & obscura, quæ exindè interpretationem Imperialem desideret. Ea namq; solius Imperatoris, vel similem potestatem habentis, auctoritate & interpretatione mitiganda & temperanda est, prout *SCti legem prospexit ff. Qui & à quib. manum.* (quam Ulpianus perquam duram esse scribit) in pronunciando & respondendo tamdiu præcisè servarunt, quoad duritiem illam Imperatores moderarentur ac temperarent *in l. in adulterij ff. ad L. Jul. de adult.*

- 16 Et hæc in ijs obtinent, *qua scripto palàm comprehensa sunt.* Quòd si verò casus inciderit, qui scripto palàm comprehensus non sit, (Neque enim possunt omnes casus singulatim aut legibus, aut SCtis comprehendi *l. non possunt ff. de legib.*) tunc æquitatis ratio habenda est; & judex æquitatem potius, quàm jus scriptum, mentem, non verba legis, legis conditorem, non legem spectare debet *d. l. 2. §. item Varus ff. de aq. & aquà plu. arc. l. in omnibus 90. de reg. jur. l. placuit C. de judic. sup. §. quod itaq; vers. cum itaq; casus & c.* Sicut enim peritus medicus, non omnium oculis uno collyrio solet mederi *c. ult. dist. 29.* Ità eruditi magistratus, qualitatem rerum, personarum, & temporum perpendere debent, quid in hujusmodi factorum speciebus ex bono & æquo pronunciandum sit *l. jusjurandum §. pen. ff. de jurejur.*

Huc

Huc pertinet quod J. C. Paulus ait: In contractibus quidem, maximè tamen in jure, æquitatem spectandam esse *l. in omnibus go. de reg. jur.* Et Imp. Constantinus & Licinius rescripserunt: In omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisquè, quam stricti juris, rationem *d. l. placuit C. de judic.*

Postremò, quemadmodum Cajus J. C. in illis, inquit, quæ extra testamentum incurrerent, possunt res ex bono & æquo interpretationem capere, ea verò quæ ex ipso testamento oriuntur, necesse est, secundum juris scripti rationem expediri *l. in bus ff. de condit. & demonstrat.* ita illa, quæ extra juris scripti dispositionem, incurrunt, ex bono & æquo interpretationem capiunt *d. l. placuit* quæ verò ex ipso jure oriuntur, & jure decisa sunt, necesse est, secundum juris rationem expediri *d. l. prospexit.*

Sed dubitet forte aliquis, an etiam hoc tempore **17** usus æquitatis inveniat locum? quippè, quod non videatur quicquam nunc recens accidere, quod per tanta seculorum intervalla non sæpius evenit: si evenit, haud dubiè redactum esse in jus scriptum, per Imperatores & J. C. Oldendorp. *tit. Quatenus hoc tempore locum inveniat usus æquitatis.*

At respondendum est; æquitatis usum, & in legislationibus, & in judicijs, etiam nunc esse maximum, ac modis omnibus necessarium. Tùm quia impossibile est, omnes casus scriptis legibus complecti, etiamsi totidem promulgentur, quot nunc extant, multòq; minus omnes circumstantias casuum posse describi *l. non possunt ff. de legib.* Tùm quia plurima eveniunt, quæ nullo modo describi, aut in certam legislationem redigi possunt, quo-

niam ex circumstantijs planè mutabilibus, non ex re aliqua constante nascitur. Exemplo sit; quod, quæ argumenta ad quem modum probandæ cuiq; rei sufficiant, nullo modo definiri possunt *l. 3. §. ejusdem quoq; ff. de test.* Item; si tempus nec minimum, nec maximum à iudice stâtuui oporteat, non est, quod ex scripto aliquo petat formam: quia magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi potest, ut loquitur Ulpranus *in l. quo enim §. 2. ff. rem. rat. bab.* In his igitur consulenda est æquitas incorrupto animi iudicio, exigenda tamen ad præceptiones seu regulas, saltem generaliter secundum naturæ rationem à peritioribus descriptas, ne à veritatis scopo aberremus: quam Justinianus sapientiam gubernativam appellat, *Nov. 98. Oldend. d. loc.*

19 Coeterum in æquitatis iudicio formando, primum locum tenet religio: alterum, respublica; tertium, privata utilitas. Et hi gradus sic considerandi, expendendi & dijudicandi sunt, ut quovis tempore & casu, inferior & minor æquitas, cedat superiori & majori *l. si servus §. quod vero ff. de furt.* itemq; publico, privarum *l. 1. de usurpat.* honesto, minus honestum *l. & si quis §. 1. vers. satius ff. de relig.* Et deniq; circumstantiarum singularum; circa personas, ætatem, conditionem, sexum; circa res earumq; qualitates, circa locum & tempus, diligens instituat examinatior, & exquisita habeatur ratio *l. sacrilegij ff. ad L. Jul. pecul. l. aut facta ff. de pœnis d. l. in omnibus de reg. jur.* Oldendorp, *ad l. 1. de just. & iure. verb. jus est ars equi & boni §. sortitur enim æquitas*, quod Ictos multoties fecisse, exemplis ostendit Faber *in d. l. in omnibus.*

20 Quamvis enim omne jus per se est æquum & bonum, uti superius dictum, & extra omnem justam reprehensio-

hensionem vel indignationem; tamen tunc jus commune in genere scriptum, reverâ fit summum & rigidum, quando in summâ severitate, non attentis circumstantiis, ad hypothefin sivè praxin nimis rigidâ interpretatione transfertur & accommodatur: nam tunc incipit à justitia adeoq; à jure deviare, & ex summo isto jure, plerumq; summa fit injuria *l. nulla 25. de legib.* Undè proverbium illud, *summum jus, summa injuria.*

Atq; hæc sunt benigniora illa, quæ in dubijs semper esse sequenda, admovuit Cajus *in l. semper 56. de reg. jur.* & Ulpianus *in l. si fuerit 10. de reb. dub.* Undè est, quod Cui dicunt, si quid contra strictam juris rationem receptum est, id benigna aut humana interpretatione benignius aut humanius fieri *l. 1. §. 6. ff. de SC. Tertull. l. 1. §. furiosi ff. de oblig. & act. l. Barbarius 3. de offic. prat. l. quidam 21. de reb. cred.* † Non malè itaq; quis dixerit; ex verbis legis, induci jus strictum: ex sensu autem sivè mente legis, æquitatem. Et hoc est quod Celsus dixit: scire leges, non esse verba earum tenere, sed vim ac potestatem *l. scire 17. de legib.* Wesenb. *in parat. ff. de just. & jure num. 18.* ubi tradit: † æquitatis usum elucere in tribus præcipuè articulis: *Primus*, in legibus, ex æquo & bono ad sanam rationem & rectam sententiam accommodandis & interpretandis *l. nulla 24. l. in ambigua 19. de legib. l. si servam 91. §. sequitur de verb. oblig.* *Secundus*, in legibus ampliandis, & probabili æquitatis ratione ad similes species, quæ lege comprehensæ non sunt, ex paritate æquitatis extendendis *l. n. q. l. 10. cum seqq. de legib. l. ult. ubi gl. C. de constit. per.* *Tertius*, ut in his, quæ nec ex verbis, nec de sententiâ legis, nec ratiocinationis argumento definiri possunt, pro regula judicij atq; juris valeat:

leat. : hic enim quod æquitas suggerit, ait Ictus, sequendum erit *d. l. 2. §. item varius de aq. plur. arc. c. fin. ubi gl. & Panorm. num. 6. & 7. Ext. de transact. Eberhard. consil. 78. in fin.*

CAPUT IV.

De tribus præceptis juris.

SUMMARIÆ.

1. Præcepta juris tria sunt.
2. Præceptum generaliter sumitur.
3. Quæ permittuntur, propriè non sunt legis.
4. Quædam sunt de genere permissorum, quædam præceptorum, quædam prohibitorum.
5. Concubinatus, est de genere permissorum.
6. Testamenti factio, est etiam de genere permissorum.
7. Ex genere prohibitorum est præceptum: Neminem ledere.
8. Ex genere præceptorum: Honestè vivere.
9. Præcepta juris sunt connexa, sed specie differunt.
10. Differentia præceptorum juris.
11. Concubinatus, primo præcepto non est contrarius.
12. Non aliud quàm quod honestum est, præcipitur.
13. Explicatio secundi præcepti.
14. Non solum alium, sed & nos ipsos ledere prohibemur.
15. Qui se ipsum ledit, capite punitur.
16. Explicatio tertij præcepti.
17. Usucapio, tertio præcepto juris non repugnat.

Iuris illius, sive artis boni & æqui, præcepta tria sunt: honestè vivere; alterum non ledere; suum cuique tribuere *l. iusticia 10. ff. de iust. & jure & §. 3. Instit. cod.* Sunt, inquam, hæc præcepta juris. Sic quoq; lex definitur commune præceptum *in d. l. 1. de legib.*

Non

Non tamen exinde dicendum, quasi jus duntaxat sit, quod semper præcipiat. Sic enim tradit Modestinus in *l. legis virtus ff. dict. tit.* quod legis virtus sit, imperare, permittere, punire.

Sciendum itaque, præceptum generaliter sumi in *d. 2. l. 1. & d. §. 3.* ut complectatur, tam ea quæ fieri, quam ea, quæ non fieri, jubentur. Omnino namq; Ulpianus & Justinianus, in dictis locis, videntur usi nomine præcepti, pro jussu sive mandato: nam quæ in *d. l. justicia 10. §. 1. & in §. 3. Instit. eod.* adferuntur, ea jure & legibus jubentur: adeoque, quidquid jure cavetur, præceptum est, non tantum si jus quid jubeat, sed etiam si vetet, permittat, aut puniat. Qui enim vetat, is præcipit, & imperat ne fiat: qui præcipit, hoc præcipit, ut permissum concedatur: idemq; adimi vetat: & quæ lex punit idèò punit factum, quia prius vetuit, ne fieret: imò qui vetat sive imperat, ne fiat, is tacitè punire intelligitur. Bald. in *l. 3. C. de SS. Eccl.*

Sanè quæ permittuntur, ea propriè non sunt legis. 3 Proprium namq; legis est, imperare & præcipere, teste Ulpiano *tit. 24. in princ.* Et aliàs notum est, permissionem propriè non esse præceptionem *l. non quicquid ff. de judic.* Hinc Imperator non permittit, sed præcipit, honeste vivere, neminem lædere, suum cuique tribuere. in *d. §. 3.*

Distinguiamus tamen secundum diversas virtutes legis: quod quædam sint de genere permissorum; quædam de genere constitutorum sive præceptorum; quædam deniq; de genere prohibitorum ex *d. l. legis virtus 7. de legib.*

Ex genere permissorum est concubinatus. Jus enim 5

civile non præcipit, vel prohibet concubinatum: sed duntaxat permittit sub quadam dissimulatione, majoris nimirum mali, puta, scortationum, adulteriorum, raptus, incestus evitandi gratia: & ita permittit, ut sit, extralegis poenam *tot. tit. ff. de concubinis*. Sic utucapio permittitur, ne scilicet rerum dominia semper fiat incerta §. 1. *Instit. de usucap.* Sic permittitur inter contrahentes circumventio, quæ ex ipsa re oritur; non etiam fraus ex proposito *l. 2. C. de rescind. vendit.* ubi hoc tractant Interpretes.

6 Ex genere permissorum, etiam est testamenti factio. Quibus enim jus testandi non invenitur interdictum, ijs censetur permissum *l. cum prator 12. de judic.* Sic parentibus & magistratibus permissam duntaxat est, ut dent tutores §. *permissum est Instit. de tutel.* Sic quoq; permessa est defensio sui ipsius: dicitur enim, vim vi repellere licere, hoc est, permissum esse *l. 1. §. vim vi 27. ff. de vi & vi arm.* Sic deniq; Moses permittit divortium propter causam probabilem, quam monstrat ipse contextus apud Evangelistam Matthæum *cap. 19. vers. 8.*

7 Ex genere prohibitorum, est præceptum juris, Neminem lædere *d. §. juris præcepta.* Sic nuptiæ inter fratrem & sororem prohibitiæ sunt §. *inter eas Instit. de nupt.* Itemq; edictum de procuratoribus est prohibitorium, ut ait Paulus *in l. mutus 43. §. 1. de procurat.*

8 Ex genere constitutorum sive præceptorum est, quod jubemur honestè vivere, neminem lædere, & suum cuiq; tribuere *d. §. juris 3.* Sic juris constituti & præcepti est, quod domini, si intolerabilis videatur sævitia, cogantur servos suos bonis conditionibus vendere §. 2. *Instit. de his qui sui vel absens jur.*

Sed

Sed ut ad proposita juris præcepta revertamur, illa ipsa videtur Apostolus Paulus ad vivum expressisse, his verbis; Neminem læsimus; neminem corrupimus; neminem defraudavimus 2. *Corinth. b. 7. vers. 2.*

Coeterum, præcepta illa tria, ad quæ omnia jura reducuntur, ita conjunguntur, sive conjunctione, quædam connexa sunt, ut in usu quidem convenient, præceptis autem ipsis distinguantur, adeoq; specie differant. Constat enim casus esse, in quibus jus quidem suum cuiq; tribuitur, neq; alter eò ipso læditur, contra honestatem tamen peccatur. Exemplum est in nuptiis, ubi solo honestè vivendi præcepto à nuptiis quarundam personarum abstinendum est. Sic namq; adoptione dissoluta, illi qui parentum liberorumve loco fuerunt, non possunt inter se matrimonio jungi §. *ergò non omnes Inst. de nupt.* scilicet, propter singularem honestatem, quæ in matrimonij attenditur *l. semper 158. de reg. jur. l. semper 44. de rit. nupt.* Sic si alicujus uxor post divortium ex alio filium procreaverit, licet illa non sit privigna, attamen Julianus ab hujusmodi nuptiis abstinere debere, ait *l. si qua mihi 12. §. si uxor ff. de rit. nupt. §. si uxor 9. Inst. de nupt.* nimirum, propter honestatem. Sic vocatio in jus patris vel patroni prohibita est propter singularem honestatem *l. 1. de in jus voc.* Sic depositarius, qui depositum furi deponenti reddit, verum dominum quidem non lædit, secundum alterum præceptum: peccat tamen contra tertium præceptum; eò quod vero domino sum non tribuit *l. bona fides ff. de pos.* Sic deniq; inter parentes & liberos testimonij dictio prohibita est *l. 9. de testib. l. 5. & l. 11. C. cod.* non quidem ex secundo vel tertio, sed magis ex primo juris præcepto.

Diffe-

IO Differunt hæc tria præcepta: Quia *primum* præceptum respicit seipsum, & ad bonos mores potissimum pertinet. *Alterum* verò ad injurias & delicta. *Tertium* ad res & facultates cujusque, ne vel in permutando, contrahendo, vel quocunq; actu, alter alterum decipiat *Interp. ad d. §. juris præcepta 3.*

II Sanè quamvis *primum* præceptum jubeat honestè vivere; non tamen ei præcepto contrarius est concubinatus. Non enim leges rem tam turpem, toedam & *inhonestam* approbarunt *c. hac ratione 31. quest. 1.* Idq; ex eo liquet, quod natos ex concubina, naturales duntaxat dixerit lex civilis; honorifico legitimorum titulo eos nequaquam exornans §. *aliquando Instit. de nupt.* Sed saltem permisit concubinatum, majoris mali vitandi gratiâ, uti modo dictum *per l. 3. & tot. tit. ff. & C. de concubinus Nov. 18. cap. 5.* melius enim est in hac infirmitate, cum unâ rem habere, quam cum pluribus, etiam conjugibus. Respectu itaq; alterius & majoris mali, honestus & permissus habetur concubinatus: at habito respectu ad justas nuptias, improbatur, & ut illegitima conjunctio & congressio habetur §. *1. Instit. de patria potest. & in pr. Instit. de nupt. arg. c. hac ratione 8. causa 31. quest. 1. Coral. 1. Miscell. cap. 3. n. 5.* Hinc probanda est sententia Johannis

12 Roberti, existimantis; † Omne quod honestum est, nec aliud quam quod honestum est, jure civili præcipi. Licet enim lex civilis non semper ijs, quæ cum honestate aliqua ex parte configere videntur, poenam præstituat: non tamen ea, ut fiant, præcipit, sed conniventibus quasi oculis se ea videre dissimulat, longè majoribus periculis obviam ire cupiens *lib. 3. sentent. juris cap. 12.*

13 De altero præcepto ita scribit Cicero *lib. 1. offic. Justitiæ primum*

primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacossitus injuriâ: deindè, ut communibus utatur, pro communibus; privatis, ut suis. Prohibitum autem est alterum lædere; scilicet, illegitimo modo. Judex enim, qui fontes servato juris ordine & processu afficit ultimo supplicio, contra hoc præceptum non delinquit. Ut nec is, qui se cum moderamine inculpatae tutelæ defendit, si per consequentiam invasorem læserit *l. ut vim ff. de just. & jure l. sed & partus ancillarum ff. Quod met. caus. l. 4. l. scientiam ff. ad L. Aquil. l. 1. C. undè vi.*

Non solum autem alterum lædere prohibemur, sed 14 nec seipsum impunè quis offendere, sibiq; violentas manus inferre potest. Nemo enim est membrorum suorum dominus *l. liber homo ff. ad L. Aquil.* Et si abusus reru & bonorum nostrorum prohibitus *§. fin. Instit. de his qui sui vel al. jur.* multò magis corporis nostri. Quin & naturâ hominum, ita comparatum esse Terentius scribit, ut omnes sibi melius esse malint, quam alteri. Et Cicero in *Orat. in Vatin.* dicit: Neminem esse tam dementem, tamq; parum de se cogitantem, qui alienam vitam magis quam suam diligit. Et vetat Pythagoras, injussu Imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vitæ decedere, ut scribit Cicero in *Catone majore.* Ille ipse Deus, est proprietarius dominus, qui vitam mancipio nulli dedit, omnibus usu, *uti Poëta cecinit.* Ille solus Deus vitæ & mortis habet potestatem, non alius *Sapient. c. 16. vers. 13.* † Et hinc cum qui se graviter lædit, & vulnerat, capite puniendum esse, rescripsit Imperator Adrianus in *l. omne delictum §. qui se vulneravit ff. de re militari.* Plato αὐτοχρησίας poenam hanc proponit, ut qui seipsum solverit, & ex hac vitæ statione injussu summi Impera-

toris emigrarit, omni jure sepulchri religiosi priveretur. Et sepeliri ejusmodi solere in agris, vel locis supplicijs destinatis, vel, si honestiores sint, in cæmeterijs propinquis, notorium est; de quo etiam testatur Wescenbec. *in addit. ad Schneidw. in d. §. juris præcepta n. 6.*

At, inquires, multi se interfecerunt, ne in hostium manus pervenirent. Et illi malè fecèrè. Non enim id fecerunt Patriarchæ, non Prophetæ, non Apostoli. Quin & ipse Christus, quando eos, si persecutionem paterentur, fugere admonuit, de civitate in civitatem, potuit monere, ut sibi manus inferrent. Si verò ille hoc non jussit, aut monuit, ut eo modo è vitâ migrarent, quâ, quæso, audaciâ quis sibi ideò violentas manus inferret? Zoannet. *in tract. defensionis p. 1. n. 4. Vafq. illust. controuv. cap. 11. n. 1. & seqq.*

Sanè Ægidius Hortensius *in d. §. juris 3.* defendere conatur, per jus civile, licere cuiq; se ipsum occidere *per l. sed si §. si ipse 7. de pecul. & l. 3. §. sic autem ff. de bonis eor. qui ante sent.* Sed illa sententia meritò exploditur & rejicitur, per modò tradita, & quæ notavit Petrus Hegius *p. 2. quest. 36. per tot.*

16 Tertium juris præceptum vult, ut suum cuique tribuatur. Ita autem justitia unicuiq; suum tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore petitione. Ideoq; si latro spolia, quæ mihi abstulit, apud te deposuit, inscium de malitia deponentis, mihi reddere debes, quæ factò scelestissimo sunt adempta, non latroni; cum justior mea sit petitio. Quod si itaq; ad ea petenda non veniam, ei restituenda sunt, qui deposuit, quamvis malè quæ sita deposuerit, respondente ita Tryphonino *in l. bana fides 31. §. 1. ff. de pos.*

Nec

Nec repugnat huic præcepto, jus usucapiorum; 17 quippè, quod lex præsumat, dominum tanto tempore, res suas negligentem, in usucapionem, adeoq; in alienationem consentire *l. alienationis 28. de verb. sign.* Ut ita usucapiens sivè præscribens, dominium veteri domino planè invito non adimat, sibiq; acquirat; Cur enim intra tempora legibus præfinita in res suas non inquirit? *l. quòd quis 203. de reg. jur.* Et noverit unusquisque, jura vigilantibus scripta esse *l. pupillus 24. in fin. ff. Quæ in fraud. cred.* Quin autem usucapio, quæ cum mala fide procedit, cum hoc præcepto pugnet, nullum est dubium: Undè & ejusmodi usucapio vocatur impium præsidium, & improba temporis allegatio *Novell. 9. circ. med.* Nam omninò hoc præcepto excluditur voluntaria, fraus & dolus, etiam in contractibus: quamvis secus sit in circumventionem, quæ ex ipsa re oritur, quam jura permittunt *l. in causa 16. §. pen. de minorib. l. item si 22. §. fin. ff. locati.*

Illud prætermittendum non est: hæc verba in definitione justitiæ, *ius suum unicuiq; tribuendi*, latè accipi; ita ut duo juris præcepta priora simul comprehendantur: hic verò strictè accipi, & duobus prioribus præceptis opponi Borch. *in d. §. juris præcepta.*

CAPUT V.

Quæ sint consideranda in arte juris.

S U M M A R I A.

1. *Jus non consistit in sola cognitione, sed actione.*
2. *Jcti profitentur veram Philosophiam.*

¶ 2

3. *Voca-*

3. *Vocabulam praxeos quid notet.*
4. *In arte juris, tria observanda.*

I Jus nostrum non consistit in sola cognitione, sed actionem semper intendit, ejusq; finis est *πραξις l. 1. de justitia & jure §. 1.* ubi Ictus Ulpianus dicit, Ictos veram & non † simulatam philosophiam affectare *l. 1. & 2. ff. de legib. & §. fin. in proæmio Instit.* ibi, posse etiam nostram rempublicam in partibus ejus, vobis credendis gubernari. Aristot. *lib. 10. Ethic. cap. ult.* Coraf. *lib. 2. indagat. juris civilis cap. 13.* vocabulum *πραξις* † actionem hominis notat, cujus ducem facit rectam rationem, & executores affectus, & vires per membra corporis dantes effectus Aristot. *lib. 1. Ethic. cap. 3. & 7. & lib. 3. cap. 1.* Hujusmodi autem actiones justas esse, quæ sunt proximus finis hujus partis Philosophiæ practicæ, testatur idem Aristoteles *1. Ethic. 3.* Quæ itaq; Philosophi, alijq; viri docti, à cæteris disciplinis practicis præcognoscenda, monstrarunt Jacob Zabarella *lib. de tribus præcognitis c. 1. & lib. 2. de metodo cap. 15.* eadem in arte juris observare

4 † operæ pretium est, *Finem, Subjectum, & Principia:* de quibus ordine breviter videbimus.

CAPUT VI.

De fine juris; ubi simul quoq; de justitia, ejusq; speciebus.

SUMMARIUM.

1. *Finis juris, duplex est.*
2. *Justitia duplex est; Universalis & particularis.*
3. *Justitiam Universalem non tractant Icti.*
4. *Justitia Particularis quid.*

s. In

5. *In hominibus nihil stabile.*
6. *Justitia definitur, non in concreto, sed in abstracto.*
7. *In definitione justitia, rectius legitur, tribuendi, quam tribuens.*
8. *Definitio justitia quomodo ad praxin accomodetur.*
9. *Nulli dantur casus pro Amico.*
10. *Judex non aliter judicabit, quam legibus aut moribus est constitutum.*
11. *Explicatur plenius, definitio justitia.*
12. *Justitia distributiva, unde dicatur, & quid sit.*
13. *Justitia distributiva vult rationem personarum haberi.*
14. *Justitia distributiva in distributione pœnarum maxime conspicitur.*
15. *Justitia distributiva neq; hodie in delictis & honoribus est sublata.*
16. *Investigatio analogia geometrica.*
17. *Justitia commutativa unde dicatur, & in quibus consistat.*
18. *In justitia commutativa non habetur respectus personarum.*
19. *Justitia commutativa aliquando commivet.*
20. *A justitiâ, jus appellatur.*
21. *Remotior finis juris quis sit.*

Finis juris duplex est; proximus & remotior. Finis
 juris proximus est *justitia*: cum vetus sit illud pro-
 verbum; ne Jovem quidem sine justitia Regem
 agere posse Plutarch. *de doctrinâ Principis* Cic. *de orat.* ea
 est sanitas politiarum Nov. *iii. in princ. & proœm. Instit. d.*
loc. Hinc Imperator Justinianus, expositurus jura po-
 puli Romani, præmittit *de justitia & jure*: de justitia,
 inquam, tanquam finis juris & jurisprudentiæ. Ut enim
 artis medicæ finis est conservare, & restituere sanita-
 tem: sic jurisprudentiæ verus & proprius finis est, justitia

cia Nov. 21. § 163. quò omnes leges ferunt & colligant, nec - non omnes nostrorum studiorum rationes, & conatus nostri, in vita civili referri debent *arg. Novell. 69. in præfat.*

2 Priusquam autem ad definitionem progrediamur, præmittendum est, aliam justiciam esse universalem, aliam particularem Aristot. *5. Ethic. 1. § 2.* *Justicia universalis* nihil aliud est, quam obedientia erga omnes leges. Ea itaq; justitia non una, sed omnis virtus & virtutum regina appellatur, quod in proverbium etiam abiisse videtur, quando dicitur:

Justicia in sese virtutes continet omnes.

3 Sed hanc justiciam non tractant Jcti. Quamvis enim contemplatio universalis justitiæ, ad legum explanationem plurimum conducatur; ad eam tamen non tam Jcti admodum, quam hi, qui vel Rempublicam constituere, vel Regem aut Principem instituere satagunt, respicere solent. Hi enim bonis ac salutaribus legibus fundaturi civitatem, eam ad omnium virtutum chorum depingent & collineabunt, auctore Platone *lib. 1. de legib.* Hi itidem Regem aut Principem instituturi, omnis virtutis gloriam eidem ob oculos ponent, *ut patet ex principio præmij Justit. § 1. unic. in pr. C. de Justin. Cod. confirm.* Hinc est, quod postquam Persarum Regum filij primogeniti, & in regno successuri, prima inventutis rudimenta percepissent, illis adhiberi soliti sunt quatuor pædagogi; quorum primus ipsi prudentiæ, alter justitiæ, tertius fortitudinis, quartus temperantiæ præcepta traderet Coras. *lib. de arte juris p. 1. cap. 23. Hopper. lib. 1. de arte juris, cap. de speciebus justitiæ.*

4 Succedit nunc ergò altera, quæ *particularis* justitia dicitur

dicitur, & quam propriè legumlatores & Jcti expetunt: Ea definitur; quod sit constans & perpetua voluntas jus suum cuiq; tribuendi *l. 1. de just. & jure §. 1. Inst. eod.*

Justitia definitur *voluntas*, per metonymiam subje-
cti pro adjuncto. Voluntas est subjectum justitiæ, quæ
est habitus voluntatis sive animi; adeoq; justitia est
habitus ~~voluntatis~~ perpetuè justa faciendi. Non enim
qui justa facit, aut injusta non facit, vi nimirum com-
pulsus, aut metu poenæ, sed qui sic ab animo compara-
tus est, ut perpetuè, jus suum cuiq; velit tribuere, verè
justus est Cujat. *in notis posteriorib. ad tit. Instit. de just. &
jure.* Neq; voluntas firma & constans esse potest, nisi
in habitum transierit. Undè & Cicero *lib. 1. de legib.* vir-
tutem, constantem & perpetuam rationem vitæ, vocat.

—Sanè in hominibus nihil est stabile *Nov. 7. cap. 2.* Un-
dè septies dicitur justus cadere *Proverh. 24. v. 16.* Justitia
tamen ratione essentiæ & naturæ suæ semper talis; at
mutatio contingit, ratione hominis: neq; homo justus
est, nisi agat justè; & quandiu justus, tamdiu constan-
tèr justè agit *Aristot. 2. Ethic. 4.* Undè patet, justiciam de-
finitam esse non ratione nominis, vel prout inest homi-
nibus, sive in concreto, sed ratione essentiæ & naturæ,
quam definitio explicare debet, sive, in abstracto *Pac-
cent. 1. evan. quest. 4.*

Quia autem plurimarum rerum in homine volun-
tas & cupiditas est, ut scientiæ, opum, gloriæ, immorta-
litate: idè additur differentia ab officio sumta (pro-
ut in definitionibus virtutum, quæ alijs differentijs
proprijs destituuntur, fieri debet) *jus suum cuiq; tribuen-
di*, hoc est, servans æqualitatem cum cæteris homini-
bus, & debitum cuique reddens, nec cujusquam cor-
pori,

pori, famæ, bonis injuriam ullam inferens Wesenbec. *in parati. de just. & jure num. 10.* Justicia enim ex omnibus alijs virtutibus sola est ἀλλότριον ἀγαθόν, alienum bonum: quia semper respicit alium, & infervit aliorum utilitati.

6 Non tamen ità in alio est occupata justicia, ut contra seipsum quis injustus esse, & violentas manus sibi inferre possit. Nam cum jura alium lædere prohibent, certè multò magis nos ipsos lædere prohibemur, ut supra *cap. 4. in altero precepto* dictum est. Præterea ità justicia unicuiq; suum tribuit, ut non distrahatur ab alterius justiore petitione, quod itidem explicatum est superius.

7 Coeterùm, in fine definitionis rectius legitur, *tribuendi*, quàm *tribuens*: cum illud non tam actum, quàm voluntatem designet, per quam voluntatem justicia definitur, & ad habitum voluntatis refertur in Logicis: uti Jurisprædencia ad habitum intellectus, utpotè, quæ pro ipsâ juris scientiâ sumitur. Sed vocabulum, *tribuens*, ad actum propriè respicit: at non semper qui justiciam colit, actu ipso tribuit, sed potentiâ, quoties datur occasio. Nam & geometra dicitur, licet non semper metiatur. Et sic, *jus suum cuiq; tribuendi*, legitur in Pandectis Florentinis Wesenbec. *in §. 1. Instit. de just. & jur.*

8 Quando autem justicia definitur, *constans & perpetua voluntas*, illud ad usum fori ità accommodandum est. Quod judicis arbitrio relinquendum non sit, quidquid in jure decisum reperitur: ne judicibus in vitas & facultates hominum impunè libera grassandi relinquatur facultas. Ità ergò concludendum est. Non esse liberum judici, ut is controversiam, prout sibi æquum visum

visum fuerit, definiat, mihiq; jus meum auferat, & alteri donet. Justicia enim est constans & perpetua voluntas, jus suum cuiq; tribuendi. Proinde nulli casus dari poterunt, qui PRO AMICO appellantur; ut in quo gratificari possit iudex, cui parti velit. Ità enim quæstiones *pro amicis* quidam appellant; eam ob causam, quòd plerumque in gratiam, & ad votum amicorum, præsertim in articulo dubio, decidi soleant Alex. Straticus *Observ. pract. 22. num. 88.* quanquam & in his meritò potior ratio veritatis & justitiæ, quàm amicitia, haberi debeat Rauchb. *quest. 18. num. 3. p. 2.* Et certè sicut verum, non nisi unum est, ità & justum, respectu ejusdem objecti, non nisi unum Anton. Tessaur. *decis. 89. num. 3. & decis. 206. num. 13.* ubi dicit, quòd potius sit casus pro Diabolo; cum det causam ad inferos detrudendi. Inveniendi personam judicis, exuenda est persona amici: cum vix fieri possit, ut non oculorum sensum & animum premat amor; affectus, justitiæ maximè obsint.

Illud itaq; observare debet iudex, ne aliter judicet, quàm legibus aut constitutionibus, aut moribus sit proditum *in pr. Inst. de offic. jud.* Judicem legibus sapientiore esse non decet. Graviter Cicero *in Orat. pro Cluent.* Sapientis est judicis, inquit, cogitare, tantum sibi à populo esse permissum, quantum commissum, & non solum sibi potestatem datam, verum & fidem esse habitam; meminisse posse, quem oderit, absolvere, quem non oderit, condemnare: semper non quod ipse velit, sed quod lex & religio cogit, cogitare, animadvertere, quàm legè reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in cognitione versetur &c. Ac idcirco non sunt audiendi, qui dicunt, bonum esse, habere iudicem propitium Stratic. *d. Obs. 22. n. 88. Gail. 1. Obs. 153. n. 9.*

H

Quan-

Quando autem & quomodo in ambiguis, cum per nostram incipientiam, vel aliter respectu nostri, atque ita per accidens jus incertum sit, via eligenda sit, vel dividendo rem petitam æqualiter inter partes, vel componendo eas ad amicabilem transactionem, distinctè docet Antonius Tessaureus *d. decis. 206. & decis. 98.* & faciunt scripta Zasij *in l. 2. §. exitus n. 12. de verb. oblig. Cujatij 10. Observ. 4. Menochij remedio 3. retinenda possess. num. 339. usq. ad num. 380.*

II Sed ut definitionem justitiæ aliquantò plenius explicemus; tribuit justitia suum cuiquæ, æqualitate sive præportione duplici; *Geometrica & Arithmetica.* Et exindè justitia dupliciter dividitur, in justitiam distributivam, & commutativam Aristot. *5. Ethic. 2.* Proportio sive æqualitas *Geometrica;* respicit justitiam distributivam; proportio verò *arithmetica,* respicit justitiam commutativam.

II Justitia *distributiva* dicitur à distribuendo: eò quòd inter personas dividit publicas res, putà, honores, munera, præmia & pœnas, *geometricâ æqualitate,* hoc est, non juxtà numerum personarum, sed solâ dignitatis & meritorum collatione facta, suum unicuique tribuit. *tot. tit. ff. de munerib. & honorib. l. nullis. C. de sum. Trinit. l. semper ff. de jur. immun. l. 3. l. si. ff. de decurionib. l. 2. §. 7. de vacat. mun.* Nam quoniam inter personas magna est differentia & inæqualitas, sive bona animi spectes, sive corporis, sive externa, sive etiam facta singulorum, & mores *l. inter 31. solut.* idcirco non possunt publica illis singulis æqualia & numero & mensurâ tribui. Hinc enim omnium rerum confusio sequetur, si v. g. eadem munia, officia, præmia & pœnæ, peritis juxtà ac
im-

imperitis, bonis & nocentibus, bene meritis & indignis distribuuntur. Proportio itaq; illa in eo spectatur, ut æqualibus æqualia, & inæqualibus inæqualia, secundum comparationem tribuantur Aristot. 5. *Et hic. cap. 3. & 4.* adeoq; æqualitatem proportionum & rationum inter se comparat, ponderans magis quantitates quam annumerans Wesenb. *in paratt. de just. & jure num. 11. †* Et hinc justitia distributiva vult, rationem personarum haberi *l. honor 14. §. de honoribus ff. de munerib. & bonorib.* & idoneos eligi ac promoveri ad curam Ecclesiarum, sive ministerium Ecclesiasticum *c. nullus 2. & c. seq. dist. 24.* ad magistratum *Nov. 82.* ad tutelam *l. Divi 24. ff. de tutorib. & curat. dat. & tor. tit. ff. & C. de magistrat. conveniendis* juventuti erudiendæ præficit doctos & moratos *l. magistrōs 7. C. de profess. & Med.* militiam commendat viris fortibus & probatæ virtutis *l. 1. c. Qui milit. & tor. tit. C. de re milit.* aliæ dignitates senibus *l. semper ff. de jure immun.* aliæ junioribus *l. non aliter 69. in fin. de legat. 3.* sic justitia distributiva non contert officia publica mulieribus *l. alienam C. de procurat. l. 2. de reg. jur.* sed viris, ijsq; idoneis *Nov. 82.* unde Plato *lib. 4. de republ.* distributivam hanc justiciam commendans, optimum & felicissimum Reip. statum esse dixit, qui geometricâ proportione constituitur, h. e. ubi certi sunt gradus officiorum & personarum, idoneisq; aptæ functiones tribuuntur *arg. l. ut gradatim ff. de munerib. & bon.*

13

Nusquam autem potest certiùs conspici hujus justiciæ actio, quam in pœnarum distributione. Nam tamen si verè & rectè dicitur, pœnam delicto ex lege Talionis commensurandam, hoc est, delicto parem esse, debere: quippè quòd lex in genere & in abstracto citrà

14

aliquem personarum & rerum complexum, & sine
 ποσων μνησιν poenam constituit arithmetica proportionem
l. rescriptum 6. de his quib. ut indign. l. respiciendum 11. de poen. l. 1. C. ubi ferat. vel clariss. l. 1. §. 1. ad L. Cornel. de Sincar. l. 1. §. cum patronus ff. de offic. pref. urbi c. 2. de his quæ fiunt à majori parte c. non adferamus 21. caus. 24. quæst. 1. At tamen justitia hæc legis executrix, seu magistratus, instrumentum justitiæ, cum legem exequitur, & in concreto de poenâ personæ applicandâ disputat, rem ad proportionem geometricam reducit, nec tantum quid factò debeat, sed quid congruat personæ, tam ejus qui deliquit, quam illius in quem commissum est, expendit & examinat: cum enim, uti modò dictum, personarum ingenia, voluntates, dignitates, status, consilia, dicta atq; facta inæqualia sunt, non possunt etiam ijs æqualia numero tribui Wesenb. *d. loco. sed ratione personarum, aliarumq; circumstantiarum, poenæ aut intenduntur, aut mitigantur l. aut facta §. qualitate ff. de poen. ipsarum quippè circumstantiarum diversitas facit, ut, quamvis idem delictum sit, alia tamen atque alia sit tenenda æqualitas.* Undè notum illud, quod vulgò dicitur: *Duo cum faciunt idem, non est idem,* respectu scilicet poenæ. Et sic poenæ graviores conferuntur his, mitiores illis *d. l. aut facta §. 2. l. hodie de poen. l. 5. de pecul. l. 2. in fin. ff. de termino moto.* Wesenb. *d. loc. n. 11.* Tiraq. *de poenis temperandis aut remittendis. causâ 6. 7. 11. 13. 31. & passim.*

15. Ex his, ut opinor, constare potest, quòd justitia distributiva versetur in ordinandis personis, & in investigatione honorum, præmiorum, itemq; poenarum. Falluntur itaque, qui hodiè in delictis & honoribus volunt sublatam esse justiciam distributivam Cephal. *in tract.*

tract. de orig. contract. in pr. Item, qui scribunt, hodie non posse reperiri in omnibus nostris legibus, vel unicuique exemplum justitiæ distributiæ Gribald. *in repetit. l. vinum ff. si cert. pet.* Utrumque enim falsum est. Illud refutat totus titulus, *de munerib. & honoribus*: Huic verò aduersantur Jcti, Julianus *in l. si ita scriptum sit 12. de liber. & postb.* & Hermogenianus *in l. ex uncij 87. de hered. instit.*

Et ut investigemus analogiam geometricam, sit, 16 exempli loco, id quod scriptum est, à Paulo Jcto *in l. Clemens 81. de hered. instit.* his verbis: Clemens patronus testamento caverat, ut si sibi filius natus fuisset, heres esset; si duo filij, ex æquis partibus heredes essent: si duæ filiæ similiter: si filius & filia, filio duas partes, filiaë tertiam dederat. Duobus filijs & filia natis: quærebatur, quem ad modum in propositâ facti specie partes faciemus? Et respondet Paulus: cum filij debeant pares esse, vel etiam singuli duplo plus quam soror accipere, ut ex his binas masculi, unam foemina accipiat. Filij igitur duplo plus, quam soror, accipiunt: hoc est, habent plus vel amplius altero tanto, quod est bis tantum *l. si ita scriptum 47. §. in testamento & l. qui non militabat 78. §. filijs ff. de hered. instit.* Indè igitur talis ineunda collatio: Thesis est: Filijs æqualiter dare oportet *§. cum filius instit. d. tit. & d. l. qui non* Filio autem duplum ejus quod filiaë *d. l. Clemens* Hypothesis: Sic nato filio Titio, & Caja filia ex duodecim uncijis, vel assè, Titius octo, filius quatuor consequetur. Ergò natis Titio & Sempronio, cum filia Caja, sic temperanda res est, ut quisque eorum bis tantum habeat, quantum filia. Hinc ita argumentamur ex analogiâ geometrica. Quæ ratio est Titij ad filiam, eadem est Sempronij ad eandem. At-

Titius altero tanto plus habet quàm filia: Ergò & Sempronius *d. l. Clemens.*

17. *Justicia commutativa* dicitur à commutando. Eamque in commutationibus, pactis, & commercijs locum habet; adeoq; in rerum privatarum permutatione, servat æqualitatem, proportionem Arithmeticam *tot. tit. de pact. tot. tit. de rerum permut. l. i. de contrab. empt. Aristot. 5. Ethic. 2.* Non enim hic quæritur, quid personæ conveniat, nec ut ei aliquid tribuatur, propositum est; sed res privatorum, rebus duntaxat commutantur; earumquè saltèm habetur ratio, non etiam personarum. Adeòquè cùm rerum æqualitas eadem est, unà etiam Arithmeticà proportionem rectè definitur: quod secus est in personis, in quibus est magna disparitas, *uti modò dictum.* Exemplum esto in contractu emptionis: ubi nihil spectatur aliud, quàm traditio rei, & dati pretij collatio *l. quod vendidi 19. l. ut res 53. de contrab. empt. l. ex empto 11. §. 2. de act. empt.* quâ plus & minus, lucrum & damnum, per hoc medium, & per istum habitum, justiciam nimirum, æqualitèr conferimus. Eleganter id declarat Vaconius à Vacunà *lib. 1. declarat. cap. 30. num. 17.* hoc exemplo: Sint duo, quorum uterq; habeat in bonis centum: horum alter, inter alia, habeat equum valentem viginti: is si eum vendat tradatq; alteri, remanebunt in bonis ejus octuaginta: & sic minus habebit, quàm in principio habebat. Ille verò, cui equus venditus est, tradito ei equo, habebit centum & viginti: habebit itaq; lucrum. At si idem accepto equo, pretium, id est, viginti tradat venditori, remanebunt sibi computato equo centum, ut à principio habebat: venditor etiam acceptis viginti, illisq; computatis, in bonis habebit

bebit centum, ut prius. Neuter itaq; in hoc contractu emptionis, nec in damno, nec in lucro existit, sed inter eos est justitia commutativa, seu paritas arithmetica.

18

Et sic hæc justitia, per istum habitum, qui hujusmodi æqualitatem facit, cuique contrahentium hoc quod suum est, hoc est, æquum & justum tribuit *l. bona fides ff. de pos. l. 4. C. de oblig. l. justitia ff. de just. & jure sine ullâ nimirum comparatione vel respectu personarum, aut aliarum circumstantiarum: aded quæ in emptione, pretium, rei: in locatione, merces, usui: in permutatione, res, rei respondere debet. Quod licet ita exactè semper propter quotidianam varietatem observari non potest *l. pretia rerum ff. ad L. Falcid. l. servum meum ff. ad L. Aquil. l. 3. de eo quod tertio loco l. 2. §. 1. C. ut nemini liceat in empt. nihilominus † tamen justitia connivet; si modò dolus 19 abfuerit, & læsio non sit enormis, sive ultra dimidium justipretij *l. 2. C. de resc. vendit.* Undè natum est; contrahentes in pretio & mercede se naturaliter decipere, posse *l. in causa §. Pomponius ff. de minorib. l. item si pretio §. quem admodum ff. locat. l. 2. & seqq. C. de resc. vendit.* vocem naturaliter exponit Justinianus in *Novell. 93. iume xñs,* quod vetus interpret vertit, *negotiativè.* Haloander verò, *ex usu & jure gentium:* quo emptor viliori comparandi, venditor cariori distrahendi votum gerentes ad contrahendum, accedunt *l. si voluntate C. de resc. vendit.* Idq; ideo, ut expellatur incuria, & excitetur diligentia, quam hominum natura desiderat; maximè in contractibus, in quibus est par utriusq; conditio *l. quod Nerva ff. de pos. & ut quodammodò læsi discant deinceps cautius mercuri *l. in civilem C. de furt.* Quod si verò dolus, vel nimia læsio intervenerit; tùm dolus contractum vel***

vel ipso jure, vel per exceptionem reddit nullum: propter nimiam verò læsionem, contractus vel rescinditur, vel id quod deest suppletur *d. l. 2. l. si dolo C. de resc. vendit. l. Julianus 13. §. si quis ff. de act. empti.*

20 Hucusq; de proximo fine juris, nimirum *justicia*, à qua jus appellatum Ulpianus dixit *l. 1. de just. & jure*. Et rectè: si enim jus est ars, perindè, ac cæteræ artes, denominatur à re, cujus ars est, ac præcepta tradit, scilicet à *justicia*, cujus regulas atq; præcepta præscribit. Ordine quippè naturæ, omnis ars sive scientia, posterior est eo quod docetur. Et naturæ ordinem Jcti perpetuò in deducendis verborum originibus sequuntur Borch. *ad princ. tit. Instit. de just. & jure*. In quantum itaq; jus consideratur, quatenus in artem redactum est, *justicia* est prior jure *l. 1. §. 1. d. tit.* tanquam mater, filiâ; vel obligatio, actione *l. licet §. ea obligatio ff. de procurat. l. 2. in pr. mandati*. At quatenus jus consideratur, in quantum à præceptis est separatum, & in imaginatione positum, certè jus prius est *justicia c. non debet, ubi Dd. Ext. de consang. & affin.* Neque jus in natura positum, dici potest ars: cum hæc ex principiis exstructa naturalibus, studio paulatim discatur: ea verò lux mentis, sine doctrinæ exercitio ingenita sit nobis, & divinitus indita *Wesemb. in parat. d. loc. n. 14.*

21 Remotior finis & ultimus, est *salus populi*, quæ in felicitate, pace externa, charitate, honore, dignitate, splendore, & aliis semper benè agentibus quæ competunt, consistit *Duar. lib. 1. disputat. 11. Coras. ad l. 1. de stat. bom.* Ille dicit, finem juris esse utilitatem populi, atque ad eum omnia referri, quæ tot continentur voluminibus. Hic finis juris, inquit, est publica salus, civium tran-

tranquillitas. Hinc lex XII. tabb. *Salus populi suprema lex esto.* Et hanc ponit Horatius 1. *Satyr.* 3.

Atq; ipsa utilitas justæ prope mater & æqui.

Ejus itaq; ob id semper ratio habenda est potior, si forte ei justum primo intuitu repugnare videatur Cic. *lib.* 2. *de legib.* Robert. *lib.* 3. *sentent. cap.* 12. Pet. Gregor. *lib. de arte juris cap.* 24. *num.* 8. & seqq.

CAPUT VII.

De subjecto juris; ubi de divisione juris, in publicum & privatum.

SUMMARIÆ.

1. *Quodnam sit subjectum juris.*
2. *Rectius dicitur, hujus studij esse duas positiones, quàm species.*
3. *Publicum jus quid sit.*
4. *Publicum, undè dicatur.*
5. *Publicum dicitur dupliciter.*
6. *Testamenti factio, est juris publici, & quomodo.*
7. *Tutela, quomodo dicatur juris publici.*
8. *His quæ juris publici sunt tantum auctoritate, per conventiones derogari potest.*
9. *Jus privatum quid sit.*
10. *Quod ad unum privatum in specie pertinet, dicitur jus singulare.*
11. *Objecta juris tria sunt.*

Subjectum juris & jurisprudentiæ, sunt omnia negotia, seu omnes res & actiones, quatenus circa eas de jure acquirendo, conservando aut minuendo

quæritur *l. iusticia 10. de just. & jure §. juris prudentia Instit. cod. l. fin. ff. de legib.* Id verò cum duplici fine potissimum quæritur, videlicet, ad utilitatem publicam, vel privatam, fit, ut jus distinguatur in publicum & privatum *l. 2. §. hujus studij ff. d. tit. & §. fin. Inst. cod.* Ubi rectè Justinianus nominat, positiones juris, non species. † Est enim unum & idem jus, quod versatur in duabus rebus, publicis & privatis: ut ira hæc partitio, non tam sit juris, quam finis & subjecti, in quo jus versatur Wesenb. *in §. juris præcepta 3. verb. hujus studij Instit. d. tit.*

3 Publicum jus est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Privatum, quod ad singulorum utilitatem *d. §. hujus studij*, ubi Oldendorpius notat, ita optimè, à duplici utilitate, describi jus publicum & privatum. Quia in societate humanâ duplex versatur utilitas. Quidquid itaq; nullam adfert utilitatem, illud jus non agnoscit: multò minùs, quod oppugnat utilitatem publicam, vel privatam *l. quoties nec hominum ff. de servit. l. transactio C. de transact.*

Huic bipartitæ divisioni, non contrariatur *l. ut inter 23. in prin. C. de SS. Eccl.* ubi jus triplex statuitur, *divinum, publicum, & privatum.* Quippè, quod sub jure publico, jus sacrum sivè divinum, quoq; comprehendatur Donell. *2. comment. cap. 4.*

Quin & potest illa divisio trimembris, fieri bimembris, si dividatur in jus publicum & privatum. Et rursus, publicum subdividatur, in jus publicum humanum, & jus publicum divinum: quoniam eadem divini juris consideratio in arte juris est, quæ publici juris Cujat. *15. obs. 33. Donell. d. cap. 4.*

Quæ si ad definitionem jurisprudentiæ accommoden-

dentur, patebit; jurisprudentiam nihil aliud esse, quam publici & privati juris notitiam. Unde etiam jurisprudentia definitur: quod sit rerum divinarum (hoc est, juris publici) & humanarum (hoc est, juris privati) notitia. Privatum autem jus continet res humanas *d. l. 1. & d. §. fin.*

Publicum dicitur quasi populicum; quod nimirum 4
nunquam in privati arbitrio consistat, nec singulorum conventionibus subjiatur. At contra, quæ juris privati sunt, ea in privatorum arbitrio consistunt, & singulorum conventionibus subjiuntur *d. §. hujus studij.* Hinc de jure publico pro regula statuitur: Quod id privatorum conventionibus tolli aut mutari non possit, *l. jus publicum 38. de pact. l. neg. pignus 45. §. ult. de reg. jur.* Quod tamen de eo jure publico accipiendum est, quod ad statum Reipublicæ principaliter pertinet *l. 7. §. & generaliter ff. de pact. l. nec ex pratorio de reg. jur.*

Tenendum enim est, publicum jus dici dupliciter: 5
Primo *ratione causa efficientis & finis*, hoc est, quod auctoritate & utilitate est publicum; sive quod Reip. administrationem & utilitatem principaliter spectat, ut religio Christiana, constitutio legum & magistratuum, transactio des Religionis Frieds Augustæ 1555. post transactionem Passaviensem 1552. repetita; & confirmata 1566. §. Und nach dem / cum similibus. Et hoc verè proprie dicitur jus publicum; de quo dictum, quod illud privatorum conventionibus tolli aut mutari non possit *l. jus publicum 38. de pact.* Deinde dicitur jus publicum, *ratione causa efficientis duntaxat*, non etiam ratione finis, qui est utilitas privatorum in rebus singulis: hoc est; aliud est jus publicum auctoritate duntaxat, id est, ejusmodi

publicum, quod non est in arbitrio & potestate privatorum: cum ab ejus præscripto recedendi facultatem non habeant, nisi quid arbitrio & voluntati privatorum sit relictum. Est, inquam, publicum autoritate; sed tamen utilitate privatum, cum in eo principaliter utilitas privatorum respiciatur. † Sic testamenti factio est juris publici *l. 3. ff. Qui testam. fac. poss.* nimirum autoritate: quia non est in arbitrio & potestate privatorum positum, qui, & quomodo testamenta facere, & quos heredes instituere velint *l. testandi 13. C. de testam. l. 1. ff. ad L. Falcid.* Quin & hi tantum possunt heredes institui, qui jure civili hereditatem capere possunt *l. 1. C. de hered. instit.* Postremò necesse etiam est in testamentis condendis servare formam & solennitates Romano jure introductas *l. 1. de injust. rupt. irrit.* Nemo enim potest in suo testamento cavere, ne leges in illo locum habeant *l. nemo ff. de legat. 1.* Sed quia sine etiam ad res privatas, & utilitatem privatorum pertinet, exindè testamenti factio dicitur etiam esse juris privati.

7 Sic tutela dicitur juris publici esse, nimirum, autoritate: quia nec tutorem dare potest, nisi is cui jus permittit: nec tutor dari potest, nisi is quem lex dari permittit. Quin & tutores etiam nolentes fiunt *in pr. Instit. de excusat. tut.* at utilitate, tutela est juris privati: quia sine ad utilitatem privatorum tendit. *Pac. cent. 5. c. 1. quest. 81. & 85.*

8 De his & alijs, quæ ita publici juris sunt, ut privatorum usibus tamen deserviant, hoc est, quæ juris publici sunt autoritate, non etiam utilitate, ita jus est; quod ijs per conventiones derogari potest *l. 2. §. hoc interdicitum ff. Ne quid in loco publ.* Hinc est, quod partes inter

inter se pacisci possunt, ne liceat sibi ad provocandi & appellandi beneficium confugere *l. ult. in fin. C. de tempor. appellat.* Sic quoniam lex falcidia non principaliter ob utilitatem publicam, sed potius in heredis saltem gratiam & favorem lata est, ne propter nullam aut minimum lucrum detrectet hereditatem adire; ideo, licet testator efficere nequeat, ut falcidia in suo testamento locum non habeat *l. quod de bonis 15. ff. ad L. Falcid.* tamen heres cum legatarijs pacisci potest, ne falcidiam deducat *l. qui quod 46. l. potest 71. ad L. Falcid.* quilibet enim potest juri pro se introducto renunciare *l. pen. C. de pact.*

Jus privatum est, quod ad singulorum utilitatem principaliter pertinet §. *fin. Inst. de just. & jure l. 1. §. bujus studij ff. eod.* Dico principaliter: In distributione namq; hac juris, in publicum & privatum, spectandum est, cujus maximè principaliter interfit, totius ne Reipublicæ, an verò singulorum. Nam in consequentiam, jus privatum, etiam publicam utilitatem concernit: cum Reipublicæ interfit, ne quis re sua malè utatur §. *sed & major Instit. de his qui sui vel alieni juris*, ne tempore incendij, ruinae, vel naufragij, aliquid rapiatur *l. 1. §. sed & si servus 13. ff. de ventre in spic.* Item, rivos & cloacos purgari *l. de pupillo 5. §. si quis rivos ff. de novi operis nunciat.* & subditos esse locupletes *Nov. 8. in prafat. §. 1. & similia.*

Addidi, generaliter: nam quod ad unum aliquem privatum duntaxat & in specie pertinet, jus singulare & speciale, item privilegium dicitur *d. §. fin. ubi Borch.* Differentia igitur est, inter jus singulare, & jus privatum. Licet enim utrumq; ad privatos pertineat; jus tamen privatum, non ad singulos in specie refertur, uti jus singulare, sed ad singulorum utilitatem generaliter spe,

Stat d. §. *fin.* Jus itaq; privatum, genus est: privilegium est species: & privilegium, quasi privati juris communis privata, seu singularis lex habenda c. *Abbati. de verb. sign.* Oldendorp. in tract. de jure singulari. cap. de variis nominibus juris singularis.

II Hoc cum omnes causæ legitimæ principaliter vel personarum jura respiciant, vel rerum qualitatem, quatenus eæ vel jam dominio nostro contineantur, vel jure aliquo obligationis in genere, vel specie nobis teneantur, vel deniq; rationem juris nostri obtinendi, fit, exinde ut hoc subjectum in tria subdistinguatür objecta, *personas*, nimirum, *Res & Actiones* textus in §. *fin. Inst. de jure natural. gent. & civ. l. 1. l. 2. de stat. bom.* Nam omne jus redditur *personis*, quarum causa jus constitutum est d. l. 1. l. 2. & de rebus redditur, de quibus jus constitutum est l. *pen. ff. de legib. & per actiones ac judicia* redditur, quæ hoc nomine constituta sunt l. *nullus 13. C. de judic. in pr. Instit. de actionib.* Wesenbec. in §. *fin. Inst. de jure naturali gent. & civili.* Hucusq; de fine, itemq; subjecto juris: superest ut de principiis juris agamus.

CAPUT VIII.

De principiis juris.

SUMMARIUM.

1. *Vocabulum principij, quid hoc loco significet.*
2. *An talia principia dari possint.*
3. *Causa nihil aliud sunt, quam principia.*
4. *Causa juris est ipsa natura.*
5. *Jus in artis formam redigi potest: imò & modò redigibile est.*

6. Exor.

6. *Exordium juris constituendi, ducitur ab ipsa natura.*
7. *Quare apud diversos contraria reperiantur jura.*
8. *Quanam sint principia propria.*

Pincipij appellatio variè solet usurpari: at hic nobis principia sunt illa fundamenta, ceu fontes, e quibus jurisprudentia nostra ac præceptiones ejus, æqui boniq; rationem capiunt, ejusq; interpretationi solidæ cum primis inserviunt. † Sanè sunt qui audacter negant, posse dari principia, & exindè etiam jus in artis formam redigi posse, nolint asserere, ut videre est apud Bodinum in sua juris universi distributione, itemq; Costalium *in prolegomina suis*; sed hi vel eo ipso refelluntur, quod Justinianus scribit *in §. fin. Instit. de jure naturali gent. & civili. ex Icto Ulpiano in l. 1. §. hujus studij ff. eod.* Jus collectum esse Ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus. Ubi particula (EX) denotat causam, & quidem causam efficientem proximam & immediatam, ut loquitur Bartolus *consil. 132. n. 2. vol. 1.* † Causæ verò nihil aliud sunt, quam principia; teste Aristotele *2. Physic.* quando ait: omnes causæ principia sunt: Principijs autem omnibus commune est, esse prima, undè vel est aliquid, vel fit, vel cognoscitur. † Causa itaq; efficiens juris, est, tum ipsa natura, tum ratio naturalis, tum civilis cujusq; populi constitutio: undè jus aliud naturale, aliud gentium, aliud civile *l. 1. §. hujus studij, vers. privatum jus & §. seqq. 4. ver. qua res à jure gentium l. jus civile 6. de just. & jure §. ult. Inst. eod. l. bona fides 31. ff. de pos. Wesenb. in parat. de just. & jure n. 14.*

Præterea in jure nostro habentur præcepta vera, justè disposita, & in vitâ utilia *l. 10. §. 1. de just. & jure & §. juris præcepta Inst. eod.* at ars nihil est aliud quam *ovqjua*
 scb

seu ordo certarum præceptionum, exercitatione cognitatarum, ad finem utilem in vitâ *Quintil. lib. 2. cap. 18.* Quin etiam in jure nostro habemus progressus ab universalibus ad singularia, per notationes, definitiones, causas &c. *l. 1. de orig. jur. l. 4. ff. de reb. cred. si cert. pet. §. his igitur Instit. d. tit. Corali de arte juris cap. 14. Cicero lib. 1. de Oratore, ubi inquit; sit igitur in jure civili finis, & legitimæ atq; usitatæ in rebus causisq; civium æqualitatis conservatio Coral. d. tract. cap. 14. Ex quibus itidem evincitur, jus nostrum in artem redigi posse: imò, redactum esse; prout hoc probant Cujatius & Wefenbecius, Pacius, Fregius in paratstulis & œconomys suis, sed Wefenbecius rectè scribit, quatenus Imperator jus artem appellat, eum loqui de doctrina juris, seu jurisprudentiâ, quæ certis methodi artisq; præceptis inclusa tradi potest; licet jus, quatenus in naturâ positum est, ars dici nequeat in parat. de just. & jure num. 14.*

Coeterum, ut eò redeam, quò volebam, & quod instituti mei est, in gratiam studiosæ juventutis conabor principia illa de quibus in §. fin. Instit. de just. & jure, ex quibus jus nostrum collectum est, paucis explicare.

- 6 Rectè autem juris constituendi exordium ab ipsâ naturâ ducitur: cum jus non opinione, sed naturâ & ratione constet. Cui non refragatur, quod duplex sit ratio juris, quæ partim naturâ, partim legibus habetur,
- 7 & quod exindè politicum jus sit mutabile, adeoque contraria jura apud diversos populos reperiantur. Ratio namq; consideratur dupliciter; Primò, ut à naturâ est: hæc ubiq; locorum eodem modo viget, cognoscenti animæ infixâ §. pen. Instit. de jure natur. gent. & civ. Deinde consideratur ratio, uti politico judicio informata

mata est: quæ ipsa varia est, non per se, sed ex alio externo; tum quia eadem omnibus Rebus publicis non conveniunt *l. 2. §. 1. de pæn. Nov. Leonis 78.* tum quia in eadem republicâ, magna temporum diversitas existit, quæ leges invicem dissonas sæpè multumq; extorquet, *arg. l. continuus 137. §. cum quis ff. de verb. obligat. c. fraternitatis dist. 14.* tum etiam, quia authores legum multoties errant, non quidem in fine, quem omnes salutem populi constituunt, sed in medio, quo illam salutem deprehendimus. Una itaq; eadem mens est legislatorum omnium, ut æquitate constituendâ cives suos ad primæ vana naturæ justiciam revocet: quam si legibus scriptis exprimere nequeant, voluntate tamen propè accedunt.

Principia autem sive jura & leges, quia collectæ sunt ex jure naturali, gentium & civili, *d. l. 1. §. 2. ff. de just. & jure, & §. fin. Instit. eod. ubi Wesenb.* exindè patet, principia juris alia esse communia, quæ apud omnes peræquè observantur; alia quibusdam certæ Reipublicæ civibus propria *l. 6. l. 9. l. 11. de just. & jure. Donell. 1. comment. 6. Connan. 1. commentar. 4. Aristot. 1. Rbetor. 13.* quorum illa, rursus sunt aut ex naturali omnium hominum inclinatione & instinctu communi; qui id jus constituit, quod NATURALE vocatur *§. 1. Instit. de jure natur. gent. & civ.* aut ex naturali omnium ratione; quâ quod profectum est, jus GENTIUM appellatur *§. sed jus quidem civile vers. jus autem gentium Instit. de jure natur. gent. & civ.* † Principia propria sunt, quæ ad optimam cujusque politicæ constitutionem & conservationem speciatim populus quisq;, aut civitas, vel is, penes quem juris reddendi potestas, est, refert, ex ijsq; extractum jus, CIVILE vocatur *§. jus autem vers. nam*

K

quod

quod quisq; Instit. d. tit. l. 6. de just. & jure Connan. d. loc. cap. 4.

Quin & si legitimâ consuetudine, & tacito usu quid receptum & comprobatum, juris & legis auctoritatem obtinet §. *ex non scripto Instit. de jure naturali gent. & civili l. de quibus 32. de legib. l. 2. C. Qua sit longa consuet.* Sed de his omnibus & singulis, separatim sequentibus capitibus aliquandò latius agemus.

CAPUT IX.

De jure naturali.

SUMMARIÆ.

1. *Jus natura, primus juris Romani fons.*
2. *Jus naturale, & jus gentium, promiscuè aliquando accipiuntur.*
3. *Jus naturale & gentium quomodò distinguantur.*
4. *Jus naturale in specie, quid sit.*
5. *Non indistinctè quicquid natura omnia animalia docuit, est jus naturalis.*
6. *Primum juris naturalis exemplum.*
7. *Conjunctio maris & fœmina secundum præcepta juris, est juris civilis.*
8. *Conjunctio maris & fœmina, diverso respectu est juris natura, & juris civilis.*
9. *Alterum juris natura exemplum, est procreatio sobolis.*
10. *Tertium exemplum est, liberorum educatio.*
11. *Quodcumq; nascitur, ex ea undè nascitur, ei alimenta relinquuntur.*
12. *Obiectio ejusq; solutio.*
13. *Liberi, parentes egenos alere tenentur.*
14. *Bruta, jure non utuntur.*

Primus

Primus juris Romani fons est, *jus naturæ*. Et quidem
 natura est causa juris, non tantum juris naturæ, sed
 & juris gentium, undè etiam fit, quod jus naturale,
 & jus gentium, promiscuè aliquando accipiuntur §. *fin.*
Instit. de jure natur. gent. & civ. §. singulorum Instit. de rer.
divis. l. 3. de just. & jur.

Quamvis autem jus naturale, & jus gentium, origi-
 gine, nimirum naturâ, idem sint, undè & utrumq; erit
 naturale: definitio tamen juris naturalis, & juris gen-
 tium, diversa est; adeoq; etiam ipsa jura erunt diversa.
 † Distingendum enim inter jus naturale, & jus gen-
 tium, ratione & modo utriusq; introducendi diverso.
 Jus enim naturale, est à naturâ simpliciter & per se: jus
 gentium, à ratione naturali. Præterea jus naturæ est
 à naturâ immediatè: jus gentium est à naturâ me-
 diatè, nimirum, ratiocinatione ex principijs naturæ
 deductâ.

Jus itaque naturale, in specie, dicitur jus, ratione
 causæ, quæ est natura. Undè & quilibet, naturâ, sive
 naturæ instinctu, sine ullo rationis discursu, protinus
 ubi de eo cogitat aut audit, jus naturale pro jure agno-
 scit. At jus gentium, habet causam, rationem natura-
 lem, tum simplicem, tum compositam. Verum jus ci-
 vile, habet causam, rationem sive ratiocinationem civi-
 lem Vult. *ad pr. Instit. de jure natur. gent. & civ.*

Hinc jus naturale definit Imperator Justinianus,
 quod natura docuit omnia animalia: sive quod natura
 produxit circa eas actiones & qualitates, quæ homini-
 bus cum brutis animantibus communes sunt, ut maris
 & foeminæ conjunctio, prolis procreatio & educatio *in*
princ. Instit. d. tit. Jus autem gentium, quod naturalis ra-

tio, sivè communis humanæ naturæ ratio inter homines constituit §. *quod verò naturalis ratio Instit. d. tit. l. omnes populi ff. de just. & jure.* Jus verò civile, quod quisq; populus ipse sibi jus constituit §. *jus autem civile Instit. d. tit.*

6 Non tamen indistinctè jus naturæ est, quicquid natura omnia animalia docuit; ut includat actiones & facta, item edere, bibere, dormire, quiescere, currere, & similia, quæ homini cum brutis sunt communia. Licet enim homines ea faciant, non tamen faciunt jure naturali, sed naturaliter tantum. Adeoq; id saltem juris naturæ est, quod dictante simplici ratione ab hominibus pro jure receptum est, & in brutis simul animalibus sola inclinatione tenus animadvertitur. Quicquid ergò jure, sivè secundum præcepta juris, facit homo; idem si faciat bestia ex solo sensu & naturæ instinctu, erit juris naturalis: at quicquid homo non facit jure, sivè secundum præcepta juris, idem si faciat bestia, erit id quidem naturale, sed non juris naturalis Cujat. *in notis Instit. tit. de jure nat. gent. & civ. Govean. lib. 1. variar. lect. cap. 5. num. 19.* Hinc, sive ex hoc jure naturæ, descendit maris & foeminæ conjunctio; hinc liberorum procreatio; hinc educatio, cujus actiones, communes sunt hominibus, cum brutis animantibus. §. 1. §. 3. *Instit. d. tit. l. 1. §. 3. de just. & jure l. si quis 5. ff. de agnos. & alend lib.*

7 Primum juris naturæ exemplum est, *conjunctio maris & foemina.* Hanc enim conjunctionem omnibus animantibus naturam esse inditam, eleganter demonstrat Cicero *lib. 1. offic. & lib. 3. de finib. & lib. 2. de natura Deorum.* Itemq; Lactantius *lib. 6.* ubi inquit: cum excogitasset Deus duorum sexuum rationem, attribuit ipsis,

ut

ut se invicem appetent, conjunctione gauderent. Itaq; ardentissimam cupiditatem omnium animantium admiscuit corporibus, ut in hos affectus avidissimè ruerent, eaq; ratione propagari & multiplicari genera possent. Conjunctio itaq; maris & foeminæ, absolute considerata, est juris naturæ † sed conjunctio viri & uxoris, secundum præcepta juris & legum, quæ matrimonium dicitur, est juris civilis Coraf. p. 2. de arte juris cap. 2. circ. fin. Schneidw. ad §. 1. Inst. de jure nat. gent. & civ.

Alterum exemplum est, liberorum procreatio. Nihil enim magis natura nos docuit, quam generare & procreare aliud nobis simile, sive filios filiasve concipere, & in lucem edere, ut ex prole eorum earumve, diuturnitatis memoriam nobis in ævum relinquamus l. liberorum appellatione 220. §. ult. de verb. sign. vel, ut immortalitatem, quam in individuo non possumus, in specie saltem conservemus Aristot. lib. 2. de anima.

Tertium exemplum est, liberorum educatio. Ipse enim naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur l. unic. §. taceat. C. de rei uxor. act. Et lege naturæ liberos à parentibus alendos & educandos esse, nisi vel ipsi se commodè alere possint, vel nisi sint improbi, probat l. si quis §. & tot. tit. de agnosc. & alend. liber. l. 3. l. 4. C. de alendis liber. l. ult. §. si ipsum autem C. de bonis qua liber. † Quodcumq; igitur nascitur, ex eo, undè nascitur, alimentum ei relinquitur. De quo graviter apud Gellium lib. 12. Noct. Attic. cap. 1. Phavorinus Philosophus disserit: matres suo lacte, non nutricum, adhibitarum, debere suos foetus alere atq; educare: quod leges ac instituta majorum quoq; fieri iusserunt. l. pen. ibi Bart. & Dd. C. de patria potest.

12 Nec obstat, quod educatio ad omnes indistinctè & nobis procreatos liberos non pertineat *Auth. ex complexu C. de incest. nupt.* Distinguere enim oportet, inter jus educationis per se consideratum, quod naturale est; quo modo jus civile prohibere vel disponere contra jus naturæ non potuit, ne incestuosi alantur; & inter illud, quod ejus respectu civile est, in actione danda, ad obtinenda alimenta ab invito, de quo tantum loquitur *dicta Authentica, ex complexu.*

13 Sicut autem de liberis dicitur; ita quoq; natura inlevit curam parentum educandorum *d. l. si quis s. §. parens ff. de agnosc. vel alend. lib. d. l. ult. §. ipsum autem C. de bon. qua lib.* Undè & Imperatores rescripserunt, liberos, qui ultrò egenis parentibus alimenta non præstant, à competenti iudice cogendos esse *l. 1. & 2. C. de alend. liber.* Et præcipuè parentibus, quibus liberi omnem pietatem, gratitudinem & obsequium debent, alimenta suppeditanda esse, luculenter demonstrat Aristoteles *9. Ethic. 2.* Ejusq; pietatis memorabile exemplum præbuit illa foemina, quæ patrem carcere inclusum, uberibus suis aluit, cum cibaria ei deferre prohiberetur: *de quo apud Val. Maxim. lib. 5. cap. 4.*

14 Hæc & alia ejusmodi, brutis cum homine quodammodo communia, juri naturæ adscribuntur; non quod bruta jure utantur, sed propter simulacrum & similitudinem aliquam hujusce juris in brutis animantibus apparentem; & quod nullo certiore argumento demonstrari possit, jus aliquod naturæ humanæ insitum esse, quam si in brutis, quæ solo naturæ instinctu moventur, simulachra quædam, & quasi vestigia juris ostendantur *Duar. ad tit. ff. de just. & jure Connan. d. cap. 4.* Nam quæ bruta

bruta faciunt incitatione naturali, eadem si homines du-
ce ratione faciant, jure naturæ facta censentur, *uti modo
dictum.*

CAPUT X.

De jure gentium.

SUMMARIA.

1. *Secundus Romani juris fons est, jus gentium.*
2. *Quare dicatur jus gentium.*
3. *Hoc jus gentium duplex, rationis & ratiocinationis.*
4. *Juris gentium effectus longè se extendunt.*

Secundus juris Romani fons est, *jus gentium*, quod naturalis, hoc est, humanæ naturæ communis ratio inter homines constituit *d. §. quod verò & d. l. omnes* & deinceps in forum Romanum traduxit: quod quia semper æquum & bonum est *l. pen. de just. & jure* ab omnibus peræquè custoditur *d. l. omnes & d. l. pen. † Dici- 2* turq; *jus gentium*, non quasi à gentibus constitutum & introductum sit; sed quia natura constituit tale jus, ut omnibus gentibus ubique placeret, & observatione, omninò necessarium videretur. Ideoq; Ulpianus de auctoritate gentium nihil dixit, sed de usu tantum; *jus gentium*, inquit, est, quo gentes humanæ utuntur *l. 1. de just. & jure ubi ubi Oldendorp.*

Hoc jus pro ratione duplicis naturalis noticiæ existens in homine, simplicis nimirum & compositæ, etiam duplex est: Nam quoddam jus consistit in simplici & à naturâ cum ipso hominum ortu ingenita quorundam principiorum noticia, nec habet rationem necessitatis vitæ vel utilitatis: & dicitur *jus gentium rationis:*

tionis: huc pertinent, religio erga Deum, pietas in patriam, observantia erga parentes, & quoscunque superiores, item propulsatio violentiæ & impetus *l. scientiam 45. §. qui cum ff. ad L. Aquil. l. 2. & 3. de just. & jure l. postliminium §. filius ff. de postlim. rev.* Aliud porro jus gentium, non tam ex naturali ratione, hoc est, simplici noticiâ, quam ex noticiâ compositâ, nempe ratiocinatione commodorum ususq; vitæ defluxit: quatenus nimirum in conclusionibus ex hominum necessitate & usu certa ratiocinatione exstructis consistit, adeoque quæ vitæ usus & necessitas requirit, considerat, & dicitur inde jus gentium ratiocinationis *Wesemb. in parat. de just. & jure n. 5.*

Uso itaq; & necessitate vitæ exigente, jus gentium hoc ratiocinationis introductum est. Ab initio enim cum omni adhuc essent communia, generi humano incognitæ erant dominiorum distinctiones, bella &c. Posteaquam verò terra hominum multitudine frequentari cæpit, nec amplius communiter possideri cuncta possent, illæ & alia successu temporis, urgente ita hominum usu & necessitatibus, secuta fuerunt. *Ufus scilicet seu utilitas vitæ communis, peperit rerum communicationem, & commercia; dominiorumq; & possessionum acquisitionem, & translationem. Necessitas, ad tranquillitatem & defensionem condidit regna, constituit judicia, distinxit dominia, terminos agris posuit, struxit ædificia, & munitiones, introduxit bella, inducias, legationes, fœdera, captivitates, servitutes, manumissiones, postliminia *l. manumissiones de just. & jure §. jus autem gentium Instit. de jure nat. gent. & civ. ubi Wesemb.**

Hujus

Hujus fontis rivuli itaq; longè lateq; se effundunt, 4
 in omnes ferè juris Romani partes. Hinc omnes penè
 obligationes & contractus, tam nominati, quàm inno-
 minati introducti sunt *d. §. jus autem gentium*. Hinc va-
 rij modi acquirendi rerum dominia & possessiones *l. 1.*
Et tot. tit. ff. de acq. rer. dom. Et §. singulorum Instit. cod. l. 1.
Et tot. tit. de acq. poss. Hinc jura servitutum realium &
 personalium *§. 1. Instit. de usu Et habitat. Coraf. in Rubr. de*
servit. Forcat. ad l. 1. de servit.

CAPUT XI.

De jure civili.

SUMMARIUM.

1. Tertius juris Romani fons est, jus civile.
2. Jus Romanum privatum, triplex.
3. Tripartita hac juris divisio quomodo considerari debet.
4. Juris naturalis causa, est ipsa natura.
5. Jus naturale cum homine natum.
6. Jus naturale simplex Et per se immutabile.
7. Jus civile per se mutabile.
8. Originem juris civilis quis tractet, Et ubi tractetur.
9. Initio civitatis, omnia manu regia gubernabantur.
10. Leges regia rogatione Tribunitia abrogata.
11. Decemvirorum origo.
12. Origo plebisciti.
13. Origo SCti.
14. Magistratum origo, Et varia illorum species.
15. Quis primis jura professus est.
16. Hodie JCtorum auctoritas tantum probabilis.
17. Species juris qua.

L

18. Jus

18. *Jus scriptum quid.*

19. *Modestinus non dissentit à Papiniano in enumerandis speciebus juris.*

1 **T**ertius juris Romani fons est, *jus civile*, exstructum ex principijs, quæ ad optimam cujusq; politicæ constitutionem & conservationem, speciatim populus quisq;, aut civitas, vel is penes quem juris condendi potestas est, refert *d. §. jus autem vers. nam quod quisq; l. omnes autem populi g. de just. & jure.* At contra, *jus naturæ & gentium*, utrumque, illud constat principijs communibus, quæ apud omnes peræque observantur, ut superius *cap. 8.* dictum.

2 Ex his ergo tribus generibus, tanquam fontibus & principijs, *jus omne Romanum* constat & derivatur: ut ita sit triplex *jus privatum*, *unum naturale*, *alterum gentium*, *tertium civile*. Quæ divisio tripartita est elegans, si eam conferas, habito respectu ad naturam & vitam hominis, cujus causâ omne *jus constitutum est l. 1. & 2. de stat. hom.*

3 Primò namq; potest homo considerari, ut *animal*: & illo respectu *jus naturæ* illi attribuitur. Deinde ut *homo*, à coeteris animantibus ratione distinctus; & illo respectu est particeps *juris gentium*. Postremò ut *individuum* quia hujus aut illius urbis civis est, & ea ratione *jus civile* consequitur Salom. *in l. 1. de just. & jure* Mudæus *in l. 1. §. est autem ff. de contrab. emt.* Coraf. *ad d. l. 1. §. 2. de just. & jure.* Sine naturali jure, *rerum natura*; sine civili jure, *civitas*; sine gentium jure, *generis humani societas* stare nequit Hotom: *in Epist. Digest. tit. de just. & jure n. 9.*

4 *Juris itaq; naturalis causa est, ipsa natura §. 1. Instit. de jure*

jure natur. gent. & civili. Juris gentium, naturalis ratio
 §. 2. *Instit. d. tit.* Juris civilis verò causa, est occasio civi-
 lisl. 2. §. *his legibus* 5. & §. *deinde ff. de orig. jur.*

Jus naturale cum homine natum est: Jus gentium, 5
 cum genere humano, sive cum gentibus: Jus civile,
 cum civitatibus. Jus naturale, proprium est omnium
 animantium d. §. 1. jus gentium, est proprium omnium
 hominum d. §. 2. Jus civile, proprium est singulorum
 populorum d. §. 2.

Jus naturale, simplex & sibi semper æquè constans 6
 & per se immutabile est §. *sed naturalia Instit. d. tit.* Jus
 gentium, est quidem aliquo modo immutabile d. §. *sed*
naturalia. sed aliquandò naturæ vel juri naturali repu-
 gnat d. §. 2. & §. 1. *Instit. de jure pers.* † Jus civile, juri na- 7
 turæ vel gentium aliquid vel detrahit, vel addit, adeoq;
 per se mutabile est, increfcit & decrefcit, secundum
 temporum, quibus præfidet, conditionem eodem mo-
 do non semper euntem l. *jus autem civile ff. de just. & jure.*

Cœterum originem juris civilis historicam scire si 8
 quis desiderat, illam petet ex iis quæ Pomponius adfert
in l. 2. ff. de orig. jur. Undè triplex origo constitui potest;
Imperator qui fert leges; *Jure Consults*, qui interpretantur
 leges; & *magistratus*, qui jus constitutum executioni
 mandant Rubr. *ff. de orig. jur.*

Initio namq; civitatis, cum omnia manu regia gu- 9
 bernarentur, nullæ scriptæ fuerunt leges, sed arbitria
 Principum pro legibus erant. Nonnullæ tamen à Ro-
 mulo, & sequentibus Regibus latæ sunt, quæ dictæ
 fuerunt Regiæ, vel curiatæ, ex eo, quod curiarum,
 in quas divisus erat à Romulo populus, sententiis &
 approbatione præferebantur *Plutarcb. in Romulo circ. su.*

Hæ à Sexto Papirio collectæ, juris Papiriani nomen adeptæ sunt *d. l. 2. §. postea in fin.*

- IO Exactis autem Regibus, has leges, rogatione Tribunitia abrogatas, tradit Pomponius *d. l. 2. §. exactis*, quando iterum cæpit populus incerto magis jure & consuetudine ali, quam per latam legem: idq; propè viginti annos
- II passus est. Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges à Græciæ civitatibus Athenientium & Lacedæmoniorum *§. Et non ineleganter Inst. de jure natur. gent. Et civ. c. 2. dist. 7.* quæ ad hunc modum conscriptæ, latæ approbatæq; in duodecim tabulas æneas sunt redactæ, quæ fontes sunt omnis publici privatiq; juris *d. l. 2. §. postea 4. Nov. 9. cap. 15. in fin.*

At verò cum mirifica eas implicaret obscuritas Cic. *lib. 2. de legib. Et lib. 3. offic.* multi ingenio & doctrinâ præstantes viri, ad eas populo interpretandas se contulerunt *d. l. 2. §. bis legib.* Undè illa altera juris civilis pars fluxit, quæ ceperunt jurisprudentes leges duodecim tabularum interpretari.

Sicut autem hanc partem juris civilis jurisperiti; ita Pontifices, legis actiones, quibus inter se homines disceptarent intulerunt: Et ita eodem penè tempore, tria hæc jura nata sunt; leges duodecim tabularum: Ex his cæpit interpretatio prudentum, quæ communi nomine appellatur jus civile. Ex iisdem, legis actiones compositæ sunt *d. l. 2. §. 2.*

- 12 Augente civitate evenit, ut plebs in discordiam cum patribus veniret, & secederet in montem Aventinum, ubiq; jura constitueret, quæ *plebiscita* vocantur *§. plebiscita Instit. d. 111.* & postea pro legibus assumta: undè factum

factum est, ut inter plebiscita, & legem, species constituendi interessent, potestas autem eadem esset.

Deinde quia plebs difficilè convenire cæpit, populus certè multò difficilius in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam Reipublicæ ad senatum deduxit: & quidquid Senatus constituisset, id jus appellabatur *Senatus Consultum d. l. 2. §. deinde d. tit. & §. Senatus Consultum Instis. d. tit.* Nunc sequuntur magistratus.

Et quantum quidem ad illos; constat initio urbis Romæ, Romulum & alios subsequentes Reges omnem potestatem habuisse *Plutarch. in Romulo.* Quibus exactis, res ad magistratus rediit, & tam ordinarij, quàm extraordinarij, tam urbani, quàm provinciales, pro usu civitatis creati sunt, per quos, rebus ita exigentibus, res publica & foris & domi rectè administraretur *d. l. 2. §. quod ad magistratus 8. d. tit.*

Juris civilis scientiam plurimi & maximi viri professi sunt. Ex omnibus autem qui scientiam nacti sunt, ante Tyberium Coruncanum, publicè jura professum neminem traditur *d. l. 2. §. juris civilis 8.* quem deinceps alij præstantes ingenio, eruditione, & multarum rerum usu homines subindè secuti, ad id fastigij & auctoritatis jurisprudentiam evexerunt, ut non privata amplius, sed publica Cæsarum auctoritate tandem sub Augustis responderi sit cæptum: adeò, ut ab hujusmodi responsis judici recedere non liceret *d. l. 2. §. fin. & §. responsa Instis. d. tit.*

Hodiè autem eorum quæ | Cti respondent, auctoritas non est necessaria, sed probabilis *arg. l. nemo C. de sent. & interlocut. judic.* Undè est, quod pro se habens duorum Doctorum approbatorum Consilium, duntaxat

taxat probabilem præsumatur habuisse litigandi causam; exindèq; , quamvis causâ cadat, in expensas non condemnetur *l. eum quem 79. ff. de judic. Bald. in l. juris ff. Qui admitt. ad bon. poss.* Atq; hæc de origine juris civilis hæctenus.

17. Restant ejus species; quales sunt, jus scriptum, & jus non scriptum sive consuetudo §. *constat. Instit. d. loc.* Non enim omnia legibus sancienda sunt, ac ne possunt quidem: itaq; ferendi etiam sunt mores *Cic. lib. 1. de legib.*

Constat jus scriptum ex sententia Papiniani *l. jus autem civile ff. de just. & jure.* Legibus, Senatus Consultis, Principum placitis sive Constitutionibus, magistratuum sive prætorum edictis, & responsis prudentum *d. §. constat.* Has partes Modestinus J.C. brevius recenset, quando inquit: Omne jus aut consensus facit, aut necessitas constituit *l. pen. de legib.*

18. Consensu enim constituitur lex, vel plebiscitum, illa populi, hoc plebis *d. §. constat. d. l. §. deindè.* Necessitate verò Senatusconsulta *d. l. 2. §. novissima* Principum constitutio *d. l. 2. §. post originem.* Imò & jus prætorium. Cum enim prætor asperitatem juris civilis corrigere, & quod deest adimplere soleat §. *media autem Instit. de legit. agnat. tut.* facit hoc, & utilitate *l. i. ff. de restit. in integ. l. 1. de his qui effud. l. 1. de exercit. act. l. 1. de tribut. l. 2. Ne quid in loco publ. & necessitate, morus l. 1. ff. de negot. gest. l. 1. Quod met. caus. l. 1. §. 1. depositi l. 1. Que in fraud. credit.* Indè omnes istæ actiones, quæ proficiuntur ex edicto prætoris, dicuntur utiles *l. 1. l. 2. de eo quod cert. loc.* Indè etiam id, quod necessitate introducit, jus prætorium dicitur *d. l. 1. de negot. gest. cum similib. modo alleg.*

19. Modestinus itaq; *in d. l. 2.* qui duas tantum partes juris

juris civilis scripti numerat, non dissentit à Papiniano in l. jus autem civile ff. de just. & jure qui sex recenset. Quæ enim illa plenius persequitur, hic ad pauciora redigit. Cujat. 14. obs. 16. Videndum est aliquantò latius de his scripti juris speciebus; & primò de legibus.

CAPUT XII.

DE LEGIBUS.

SUMMARIÆ.

1. Lex in jure accipitur dupliciter.
2. Lex in genere quid sit.
3. Hodie jus ferendi leges competit soli Imperatori, cum consilio statuum Imperij.
4. Forma ferenda legis.
5. Leges de quibus constituentur.
6. Jus interpretandi leges, competit soli Imperatori.
7. Leges benignius sunt interpretandæ.
8. Si casus lege non sit comprehensus, tunc recurrendum ad similes.
9. Quoties deficit actio vel exceptio, utiliter actio & exceptio locum habet.
10. Vitium in jure, aliud grammaticum, aliud iniquitatis.
11. Interpretatio legum quomodo faciendæ.
12. Prioris leges ad posteriores declarandas sæpè trahuntur.
13. Posteriores leges ad priores pertinent.
14. Quid in legum interpretatione observandum.
15. Differentia legis à judice.
16. Effectus legum quis.
17. De vita & duratione legum.
18. Hodie Duces & Marchiones quales sint.

Lex

1 **L** Ex in jure accipitur dupliciter, latè & strictè. Latè acceptum vocabulum legis, omnes juris scripti, & non scripti species amplectitur. Atq; ita accepta lex, definitur à Papiniano, quod sit commune præceptum, virorum prudentium consultum, delictorum, quæ sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis Reipublicæ sponsio *l. 1. b. tit.* Quæ definitio

2 coincidit cum illa Demosthenis: Lex est, cui omnes homines decet obedire, cum ob alia multa, tum verò maximè, eò, quod omnis lex inventum ac munus Dei est, dogma hominum prudentum, coercitio eorum, quæ vel sponte, vel ignorantia delinquuntur, communis sponsio civitatis, secundum quam omnes decet vivere, qui in ea civitate sunt *l. 2. in princ. d. tit.* Strictè vero intelligitur de ista rogatione senatoriâ, quæ fiebat ad populum, undè lex constituebatur. Et ita lex, pars tantum una est juris civilis §. *lex Inst. de jure nat. gent. & civ.* Undè definitur ab Imperatore Justiniano, quod lex sit, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat *d. §. 1. lex.*

3 Hodie jus ferendi leges competit soli Principi *l. si Imperialis 11. in fin. C. de legib.* Sunt autem ferendæ leges de iis quæ frequenter, non quæ rarò accidunt *l. jura 3. de legib.* Adeoq; generaliter sunt conscribendæ leges, non in singulas personas, (ne nimirum uni magis deser- viant quam alteri, exclusis cæteris) *d. l. jura.* Et quam- vis plurimæ constitutiones contra formam propositam in singulas personas conceptæ, quæ de singularibus cau- sis loquantur, in Codice existunt; attamen omnes ge- neraliter sunt intelligendæ, & vim habent universalem *d. l. si Imperialis.*

Forma

Forma faciendæ legis, proponitur ab Imp. *in l. bu-* 4
manum 8. C. cod. ut scilicet lex in sacro Consistorio reci-
 tetur, & Imperialis serenitatis auctoritate firmeretur.

Veterum cum neq; leges, neq; S^cta, ita scribi pos- 5
 sunt, ut omnes casus, qui quandoq; inciderint, compre-
 hendantur, sed sufficit ea quæ plerunq; accidunt, con-
 tineri: Idè de his quæ primò constituuntur, aut inter-
 pretatione, aut constitutione optimi Principis certius
 statuendum est *l. neq; leges 10. cum l. seq. b. tit.*

Jus itaq; interpretandi ac supplendi leges, soli Impe- 6
 ratori competit *l. 1. C. de legib.* Si enim in præsentì leges
 condere soli Imperatori concessum est *d. l. si Imperialis,*
 etiam leges interpretari solo dignum Imperio esse,
 oportet *d. l. Imperialis 11. §. cum igitur Nov. 143. in pr.*

Benignis autem leges interpretandæ sunt, quò vo- 7
 luntas (quæ tribus explicatur articulis *in l. legis virtus de*
legib. & l. justitia §. 1. de just. & jure) earum conserverur
l. 18. b. tit. Nulla enim juris ratio, aut benignitas pati-
 tur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introdu-
 cuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum
 commodum producamus ad severitatem *l. 25. b. tit. l.*
semper 55. de reg. jur.

Si præsens casus speciali aliqua lege comprehensus 8
 non est, ad similes leges recurrendum, supplendumquè
 id quò legi deest: & ubi eadem ratio, ibi quoq; idem
 jus constituendum *l. ideo 27. eod.* Exemplum est in que-
 rela inofficiosæ donationis, quæ ad similitudinem in-
 officiosi testamenti introducta est *l. ult. C. de inoffic. do-*
nat. Aliud exemplum proponitur in *l. 14. §. 1. de serv.*
corrupto, his verbis: De filio, filiave familias corruptis
 huic edicto locus non est: quia servi corrupti constitu-

M

ta hæc

ra hæc actio est, qui in patrimonio nostro esset: sed utilis, competit officio iudicis æstimanda: quoniam interest nostra, animum liberorum nostrorum non corrumpi.

In summa; quodocunq; deficientibus verbis legis, utilis actio vel exceptio datur, dicendum est, exemplum esse propositæ modò regulæ, *vers. si presens casus speciali aliqua lege &c.* Hinc Pomponius: Quia actionum non plenus numerus est, inquit, idè plerumq; actiones in factum desiderantur *l. ii. de prescript. verb.* † Et quoties deficit actio vel exceptio, utilis actio vel exceptio danda est *l. 22. d. tit.*

Coeterum si vox legis ambigua est, ea potius arripienda est significatio, quæ vitio caret, quæ æquitati convenit *l. 19. eod.* Ait lex: *quæ vitio caret*, hoc est, quæ rei gerendæ aptior est *l. 67. de reg. jur.* Loquitur de vitio, non Grammatico, sed de vitio iniquitatis: quod alias absurdum appellatur. † Vitium enim in iure significat quandam repugnantiam juris & facti. Puta, jus in se quidem bonum est, facto tamen proposito non respondet. Id enim absurdè & vitiosè allegatur, quia jus in facto positum *l. si ex plagiis ff. ad L. Aquil.*

II Imprimis autem, si de interpretatione legis quæritur, inspiciendum est, quo jure civitas in ejusmodi casibus usâ fuit: Optima enim interpres legum est consuetudo. Nam Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuò similiter judicatarum auctoritatem, vim legû obtinere debere *l. 37. & l. seqq. b. tit.*

12 Non etiam est novum, ut priores leges antiquæ, ad posteriores declarandas & interpretandas trahantur:

ut ita leges priores in posterioribus interpretandis possint adhiberi. *l. 38. cum l. seqq. eod.* Exemplum est in rei uxoriæ actione antiquâ, cujus jura Imperator Justinianus trahit ac transfert ad actionem ex stipulatu de dote novam *l. unic. §. sed etsi non ignoramus, ibi, si quid autem optimum & §. videamus igitur cum seqq. C. de rei uxor. act.*

Sed & posteriores leges ad priores pertinent, scilicet, declarandas, ac distinguendas, & supplendas *l. 28. de legib.* Ut ita posteriores leges in prioribus interpretandis sint adhibendæ, nisi contrariæ sint. Sic jura fidei commissorum, quæ tempore sunt posteriora, pertinent ad legatorum jura, tempore priora *§. sed non usque Inst. de legat.*

Quin & hoc in interpretatione legum tenendum est, ea quæ in favorem alicujus constituta sunt, adversus eum non esse interpretanda *l. quod favore 6. C. eod.* Exemplum est in *l. contra 28. in princ. ff. de pact.* Ubi pactum, quod pupillus sine tutoris autoritate fecit, non valet; idèò nimirum, ne lædatur pupillus. Qua ratione cessante, cessat lex, & valet pactum, quamvis sine autoritate factum. Deniq; lex utilis Reipublicæ extendenda & adjuvanda est interpretatione *l. hoc modo 26. de condit. & demonstr.* Ut & beneficia Principum quam plenissimè interpretanda *l. beneficium 3. de const. princ. l. 2. C. de bonis vacantib.*

Coeterum cum legum constitutarum proprium sit præscribere quid agendum, quid vè fugiendum *l. leges C. eod.* Siquidem leges non medentur malis præteritis, sed futuris, quantum possunt, occurrunt *in proem. Inst. & l. 2. C. de Justin. Cod. confirm.* † Hinc traditur differentia legis à judice. Nam judex statuit de præteritis; Lex de

futuris Cujas. *ad Nov. 22. in pr.* Potest tamen Princeps etiam pendenti negotio novam legem dare *l. 21. in fin. C. de SS. Eccl. Nov. 19. & Nov. 115. in pr.*

16 Effectus legum est, ut omnes obligent, tam Laicos quam Clericos, si utriq; subsint statuenti, ad scientiam, obedientiam & poenam *l. leges C. eod. tit.*

Si de tempore quærimus, quo leges incipiunt subiectos ligare, hoc jure utimur; ut ante lapsum duorum mensium, vel ejus temporis quod adjectum est, à die publicationis, quempiam non ligent *Nov. 66. §. Sancimus l. fin. ff. de decret. ab ord. fac.* Idq; adeò verum est, ut post duos menses à tempore publicationis lapsos, non possit quis ullam prætereignare ignorantiam; nisi fortè absens esset, adeoq; longè, ut verisimile sit, ad ejus nòticiam legem non pervenisse *d. Nov. 66. §. Provinciarum.*

17 Ad legum ipsarum vitam & durationem quod attinet, ita se res habet; Quod leges sunt perpetuæ, quando jurisdictio legem ferentis perpetua est, qualis est jurisdictio populi, qui semper durat, *l. quærebatur ff. de judic.* aut jurisdictio Principis perpetui, ut sunt Reges, & similes. At quando leges ab habente temporalem jurisdictionem fiunt, tum & ipsæ quoq; temporales sunt, actionesq; temporales producunt *Inst. de perpet. & temporal. act. Vasq. lib. 1. illust. controvers. cap. 50.*

18 Cum itaq; hodie Ducum, Marchionum, aliorumq; Principum, instar præsidum, imperia sunt perpetua & hereditaria; leges quoq; ipsorum tales esse, atq; adeò pro jure civili haberi oportere, sequitur Schrad. *de feud. p. 10. sect. 4. n. 44. & seqq.*

Cœterum adversus violatores legum, competit actio ad poenam in lege vel constitutione expressam, vel

vel si expressa non est, ad pœnam arbitrio iudicis vel principis infligendam *tot. tit. C. de legib. & constit. princ. c. in his rebus dist. 11.*

CAPUT XIII.

DE PLEBISCITIS.

SUMMARIUM.

1. *Origo plebisciti, & quid sit.*
2. *Differentia plebis à populo.*
3. *Plebiscita lege Horatia universum populum obligant.*
4. *Hodierna consuetudo in ferendis legibus seu condendis statutis qua.*

DE origine plebiscitorum ante hac *cap. 11. dictum* 1
 est *ex l. 2. §. cum deinde ff. de orig. jur.* Est plebiscitum, quod plebs scivit sive constituit, plebeio magistratu interrogante *§. lex Instit. dist. tit.* Lex, tempore & ordine prior est plebiscito, & hoc, ipsa postorius *d. l. 2. §. ysdem temporibus cum plebs ff. de orig. jur.* Et quemadmodum senatorius magistratus à populo universo legem; ita magistratus plebeius, veluti Tribunus, à plebe plebiscitum rogabat *l. 1. §. 1. ff. ad L. Aquil. † Plebs* 2
 autem à populo differt, sicut membrum ab integro: *Populi* enim appellatione, universi cives significantur, hoc est, patricii, senatores, & plebs: sed *plebis* appellatione significantur, præter patricios & senatores, cœteri cives *§. plebs Instit. d. tit.* Et quidem plebiscita ab initio non, universum populum, sed plebem duntaxat, à qua nimirum constituta essent, obligabant; quæ erat insignis inter leges & plebiscita differentia. † Verum cum mul- 3

tæ discordiæ nascebantur de plebiscitis, placuit tandem primum lege Horatia, & deinde lege Hortentia, ut plebiscita pro legibus observarent, ac utriusq; eadem in universum populum Romanum, etiam patres, potestas esset. Et hoc est, quod Imp. ait, non minus valere, quam leges, cæperunt §. *sed & plebiscita, Inst. d. tit.* Hinc factum, ut lex Falcidia, lex Aquilia, lex Voconia, & similes, (quæ plebiscita fuerunt) leges tamen dicerentur.

- 4 Sanè utut in Romanâ Republicâ, plebi, etiam injussu senatus, leges, ex quibus tota civitas Romana obligabatur, condere permissum eras; hodie tamen in civitatibus nostris, plebi absq; consensu senatus leges vel statuta condere minimè conceditur; nisi statuto ab universa civitate condere hoc iis permissum fuerit, vel nisi lex vel statutum postea à senatu civibus confirmata fuerit *l. 2. deinde cum essent ubi Bald. ff. de orig. jur. Barr. in l. omnes populi num. 7. de just. & jure, Schneidw. in §. constat. n. 3. Instit. de jure natur. gent. & civ. Schrad. in d. §. constat. num. 3.* ubi etiam tradit, quatenus senatui alicujus civitatis, non consentiente plebe, legem vel statutum condere liceat.

CAPUT XIV.

DE SENATUSCONSULTIS.

SUMMARIA.

1. *SCtum quid sit.*
2. *SCtorum effectus.*
3. *Diversa Senatusconsulta recensentur, ut Vellejanum, Silianum, Trebellianum, Pegasianum, Orphitianum, Carbonianum, Turpilianum.*
4. *Senatus cum quibus hodie conferri possit.*

De

DE origine & causa SCri, agit Imperator in §. *Senatusconsultum* 7. *Instit. d. tit.* & Pomponius in *d. l. 2. de origine juris*. Et est Senatusconsultum, quod senatus jubet atq; constituit *d. §. 7.* Cum enim progressu temporis ita populus Romanus augetur, ut legis faciendæ causâ in unum convocari amplius non posset, necessitas ipsa curam Reipublicæ ad senatum deduxit, ipsiq; legis ferendæ potestatem tribuit *d. §. 7. & d. l. 2. §. deinde quia difficile l. non ambigitur 9. ff. de legib.* † Antiqua itaq; SCta vim legis obtinent, & contra ea elicta rescripta, nullius sunt momenti; quia Senatusconsulta illa, quatenus corpori juris inserta sunt, Justinianus confirmavit, adeoq; illis etiamnum obligamur. *l. unie. C. de SCtis.* Ejusmodi † est SCtum Vellejanum, quo intercessiones mulierum infirmantur *tot. tit. ff. & C. ad SC. Vellejanum.* Item, SCtum Macedonianum, quo tollitur exactio pecuniæ filiofamilias creditæ *tot. tit. ff. & C. de SC. macedon.* Item, SCtum Sillanianum, quo cautum & sancitum, ut de servis ejus, qui domi suæ necatus erit, qui quidem sub eodem tecto fuerint, nec opem eis tulerint, nisi qui impuberes fuerint, quæstio publica habeatur, & de convictis supplicium sumatur: neque bonorum possessio petatur, hereditas adeatur, vel operiatur testamentum, antequam de familia quæstio sit habita, & supplicium sumptum fuerit *ff. de SCto Sillajano & Claudiano.* Item, SCtum Trebellianum; quo cautum, ut absq; metu litium heres adiret hereditatem, translatis actionibus in fideicommissarium *l. 1. §. 1. ff. ad Trebell. §. restituta autem versc. & Neronis Instit. eod.* Sed quia heres sæpissimè hereditatem adire recusabat, introductum est SCrum Pegasianum, quod

quod fuit de quarta deducenda, si plus quam dodrantem, aut totam hereditatem restituere heres gravaretur interpositis tamen stipulationibus, de oneribus pro rata subeundis. Sublaris SCti Pegasiani captionibus, omnis vis & autoritas ejus à Justiniano in SC. Trebellianum translata est §. *sed quia stipulationes Inst. de fideicomm. hered.* Est item SCtum Tertullianum, quo sancitum, ut maior jus trium liberorum, ingenua, libertina quatuor habens, ad liberorum successionem admitteretur §. 2. *Inst. de SC. Tertulliano.* Item, SCtum Orphitianum, quo cautum, ut matri succederet tam filius quam filia *in pr. Inst. de SC. Orphit.* Item, SC. Libonianum, ex quo accusatio nascitur, si quis in alieno testamento hereditatem, legatum, vel fideicommissum, per se, vel per alium, sibi, vel ei, in cujus potestate est, vel ei, quem in potestate habet, dictante licet testatore, commodi sui causa adscripserit *l. 1. §. 7. & 8. l. 5. 6. §. ult. l. 10. l. 11. cum seqq. C. de his qui adscripti.* Item, SC Turpilianum, quod institutum, ut accusatorum temeritas coerceretur: publice siquidem interest, ne calumniatores impunè evadant si falsò accusent; item, ne accusatio intermittatur, si vera sit, ut delicta puniantur, si vera falsa, ut accusatores poena afficiantur *tot. tit. ff. ad SC. Turpill. & de abolit. crim.*

- 4 Hodiè ejusmodi senatum propriè non habemus, nisi velimus eum conferre cum hodierno senatu Imperij. ex Electoribus, Principibus, & Civitatibus Imperij collecto, den Reichsständen. Sed in posterum SCtia fieri vetat Novella Leonis 78. senatus nimirum potestate in Principem translata.

CAPUT

CAPUT XV.

De Constitutionibus Principum,
ubi simul de privilegiis.

S U M M A R I A.

1. *Constitutio principum quid sit.*
2. *Constitutiones alia speciales, alia generales.*
3. *Constitutionum generalium tres species; item, de epistola.*
4. *De decreto.*
5. *De edicto.*
6. *Mandata principum quid sint.*
7. *Sanctio pragmatica quid sit.*
8. *Unde dicatur.*
9. *Constitutionis verbum proprie accipitur de Principum re-
scriptis; & quid Canon sit in jure Pontificio.*
10. *Constitutiones speciales quæ.*
11. *Privilegium dandi jus, quibus competat.*
12. *Privilegii definitio.*
13. *Privilegiorum species tres, quæ definiuntur.*
14. *Privilegiorum finis.*

Constitutio Principis est, quicquid Principi placuit, ut legis habeat vigorem §. *sed & quod Principi Instit. de jure nat. gent. & civ. l. 1. in pr. §. 1. b. tit.*

Sunt autem constitutiones Principum duplices, generales & speciales. Generales sunt, quæ procul dubio omnes Romano Imperio subiectos tenent d. §. *sed & quod l. 3. C. cod.* Et harum tres constituit species Imperator, Epistolam, Decretum, Edictum d. §. *sed & quod l. 1. ff. cod.*

N

Prima

3 Prima constitutionis species per *Epistolam* sive rescriptum est, quando Princeps, tum privatim à partibus, tum publicè à iudicibus & magistratibus consultus, vel subscribit precibus supplicantium privatorum, vel magistratibus, consulentibusq; rescribit, quid pro jure servari velit; undè Rescripta dicuntur §. 1. *verb. subscriptione Instit. Quib. mod. non est permiff. fac. testam. l. 7. ff. ad L. Rbod. de jact. l. sed addes 24. §. ult. ff. locati l. Divi 17. de jure patron. l. 1. de testib.*

4 Altera species est per *decretum*, quod Princeps cognoscens de negotiorum meritis statuit in causa proposita inter litigatores *l. 3. de his que in testam. del. l. Emilius 39. de minorib. l. ult. de hered. Institut.* Solebant enim boni Principes, quatenus præ occupationibus ullo modo possent, præsidere judiciis, causasq; plena ac solenni cognitione per sententiam definire, quæ in similibus speciebus quoq; jus faciebat *l. fin. C. de legib.*

5 Tertia constitutionis species est *Edictum*, quando Princeps motu proprio aliquid jubet, aut prohibet, ad honestatem & utilitatem subditorum omnium Theoph. *ad d. §. sed & quod Principi l. 3. C. de legib.* Atq; hoc Imperij proceribus prius proponi, & eum eorum consensu promulgari debet, ad id, ut perpetui juris vim habeat, omnesq; teneat *l. humanum 8. C. de legib.*

6 Et his ferè modis fiebant olim constitutiones. Fiebant tamen interdum etiam mandatis *tot. tit. ff. de mandatis*, quæ sunt præcepta & monita, quæ à Principe dantur certis personis Cujat. *in paratt. C. de mandatis.* Itemq; Orationibus, quæ à Candidatis jussu Imperatorum in senatu recitabantur, ad persuadendum senatui, ut ipse, quod vellent, firmaret: hæ Orationes modò
etiam

DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM, &c. 91
etiam SCta dicebantur *l. pen. ff. ad SC. Terryll. & Orfit.*
Cujat. ad l. 8. de transact.

Ad Constitutiones Principum pertinet etiam *San-* 7
ctio, in Comitibus, vel Auditorio Principis, super negotio
aliquo controverso, cum causæ cognitione, de consilio
Procerum & Sapientum facta ac promulgata: quæ ad
differentiam aliarum Sanctionum, dici solet *pragmatica*
Sanctio, sive *pragmatica lex l. fin. & in Rubr. C. de divers.*
rescript. l. lege pragmatica C. de domest. & protecl. lib. 12. c. per-
venit ibi gl. distinet. 101. † Indè deducto verbo, quod pra- 8
gmaticis, sive viris rerum forensium peritis, in consiliū
adhibitis, interponatur: *αράγνα* namq; dicitur cautæ:
indè *pragmatici, hoc est, causidici l. universa §. 1. C. de div.*
rescript. & pragmat. sanct. ubi Gothof. ad Rubr. Ejusmo-
di *pragmatica sanctio*, est *Carolina Constitutio, ut fra-*
trum filij diversi numeri, soli si sint, in capita succedant.

Ex prædictis igitur patet, constitutionis verbum 9
propriè & ferè semper de Principum & Imperatorum
rescriptis accipi *l. 1. & tot. tit. ff. de constit. princ. l. prætor 3.*
§. Divus 5. ff. de sepul. viol. Sed uti Imperatores, ita quoq;
Pontifices sua rescripta hoc verbo Constitutionis insi-
gnire audent *c. constitutio dist. 2.* Estque *Canon* in jure
Pontificio propriè *constitutio Concilij universalis*;
quamvis largiori significatione, de quavis Constitu-
tione vel regula Canonizata hodiè accipiatur. Sic *de-*
cretum dicitur *Constitutio Pontificis*, motu proprio
cum Cardinalium consilio facta & promulgata. Item,
Decretales epistola, quæ sunt constitutiones, vel potiùs
rescripta ad preces alicujus data & emanata *Decius &*
Ripa ad Rubr. de constitutionibus princ.

Constitutiones Principum speciales sunt, quæ de 10

singularibus personis, causis & rebus constituuntur, ac quandoq; jus singulare *l. jus singulare 16. de legib.* aliquando constitutio personalis *l. 1. de const. Princ.* interdum beneficium *l. 3. cod.* communiter privilegium *l. privilegium 166. de reg. jur. c. privilegia dist. 3.* dicuntur.

II Quamvis autem privilegium propriè sit concessio Principis supremi, hoc est, Imperatoris ac Regis: nihilominus tamen etiam verum est, aliis quibusdam superioribus ac dominis, privilegij dandi jus competere, subditis præsertim suis. Sic enim privilegia concedit Episcopus *c. fin. Ext. de his que fiunt à maj. c. 2. de maj. Et obed. c. ut animarum de constit. in 6.* Senatus *l. non ambigitur 9. de legib. c. fin. de offic. de leg.* Itemq; civitas *l. Antiochensum 37. de privileg. cred. l. lucius 21. §. fin. ff. ad municip.* Guido Pæpæ *quest. 394.*

12 Definitur propriè *privilegium*, quod sit jus singulare, contra jus commune, seu civilium ordinationum tenorem, propter aliquam naturalis æquitatis rationem, certâ constituentium auctoritate introductum, *d. c. privilegia dist. 3. c. Abbate 25. de verb. sign.* Oldendorp. *in tract. de jure singulari cap. 1.*

13 Privilegiorum species sunt tres: Sunt enim alia personalia, alia corporalia, alia realia. Personalia, subdividuntur in privilegia communia, & singularia.

Privilegia *personalia communia* sunt, quæ pluribus, ac certæ alicujus ætati, vel conditioni hominum tribuntur, ut absentibus, advocatis, clericis, creditoribus, Doctoribus, Professoribus, Studiosis & similibus.

Privilegia *personalia singularia* sunt, quæ uni certæ personæ conceduntur, veluti, cum Imperator concedit mercatori alicui obærato, ne intra certum tempus satisfacere

facere creditoribus suis cogatur *l. unsc. C. qui bonis cedere l. quoties 2. C. de precib. Imp.*

Privilegia corporalia sunt, corporibus quibusdam & universitatibus concessa, veluti, Academiis, Civitatibus, Collegiis, Ecclesiis, fisco & monasteriis.

Privilegia realia sunt, ut rerum Ecclesiasticarum, piarum causarum, & similia, quæ cum personæ seu corpori cohæreant, iis cognitæ, ultrò sequitur realium cognitio.

Finis privilegiorum est, ut imbecillitati, vel præstantiæ, vel etiam justæ omissioni & negligentæ succurratur: item, ut virtutes & merita præmio aliquo remunerentur *l. 26. de testam. milit. l. 58. C. de decurionib. c. ita nos 2. quest. 2.*

CAPUT XVI.

De magistratum edictis.

SUMMARI.

1. Magistratum edicta quid sint.
2. Juris civilis differentia à jure prætorio.
3. Juris civilis species est, jus Prætorium: quod etiam vocatur *edilictum* num. 4. & 5.

Alia species juris scripti, sunt magistratum edicta, puta, Prætorum, Proconsulum, Præsidum, & similibus *d. §. constat.* Nec moveat quem, quod Papinianus Prætorum edicta nominatim à jure civili distinguat *l. jus autem ff. de just. & jure.* † Papinianus namq; jus civile restrictius accipit, & jus Prætorium, definit, quod adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratiâ introductum est. Quo significatu, jus

Prætorium sanè diverſum eſt à jure civili: quippè, quod aliud ſit jus interpretans, aliud jus interpretatum. At ſanè generaliſſimè ſignificatione, juris civilis ſcripti ſpecies eſt † jus Prætorium. Dicitur Prætor, quod juri dicundo præeſt. Et quia Ædilis Curulis etiam comprobavit aut conſtituit edictum, exindè vocatur Ædilitium † edictum. Vocatur Ædilis ex eo, quod curam ædium gerebat. Curulis appellatur, quod curru ſellæ inſidens vehebat. Utrumq; autem jus, honorarium appellatur §. Prætorum Inſtit. d. loc. l. 7. §. 1. & l. ſeqq. ff. de juſt. & jure. At jus ædilitium non propriè jus Prætorium eſt Cujat. ad l. 5. de verb. obligat. Pet. Faber in l. nec ex Prætorio 27. de reg. jur. † Verum cum eadem de re edicere poſſit, de quo edicit ædilis, indè ſit, ut ſub jure Prætorio contineatur quoq; jus ædilitium §. Prætorias Inſtit. de diviſ. ſtitulæ. & l. 5. §. Prætorias ff. de verb. obligat. Cujat. 8. obſ. 38.

CAPUT XVII.

De reſponſis prudentum.

SUMMARIÆ.

1. Prudentes quinam ſint.
2. Reſponſa prudentum initio fuerunt jus non ſcriptum, ſed poſtmodum aliter factum.
3. Reſponſorum verbo qua contineantur.
4. Libri Pandectarum undè compoſiti: Codex eſt ex conſtitutionibus Principum num. 5.
5. Hodie qualiter aut horum habeant ſcripta.
6. Jdex debet judicare ſecundum leges.

1 Ultimam partem juris ſcripti, reſponſa prudentum conſtituunt §. reſponſa Inſtit. d. loc. Prudentes ſunt Jure-
contul-

consulti. Horum responsa in juris scripti, & non scri-
 pti disceptatione, interpretatione, definitione, deci-
 sione & auctoritate, itemq; in formularum & cautio-
 num conceptione consistunt: † & initio quidem fuerunt 2
 jus non scriptum *d. l. 2. §. hu legibus §. de orig. jur.* sed dein-
 de Jurisconsultis concessum est, Cæsarum auctoritate,
 jura ordinare & condere; undè juris conditores appel-
 lantur *l. nulla C. de procurat. l. si furiosi C. de nupt. l. 1. C. de*
nupt. l. 1. C. de comm. servo manum. atque tàm scripto re-
 sponfa illorum sunt comprehensa, & juris scripti pars
 facta *d. §. constat.* † Responsorum verbo non tantum 3
 continentur ea, quæ consulentibus respondebant, quæ
 hodiè consilia vocantur, sed quælibet Jctorum scripta
 & commentaria, quorum varij extant tituli in indice
 Pandectarum, & in inscriptionibus legum in Pandectis.
 Quippè, quod libri † Pandectarum ex responsis pru- 4
 dentum sive Jctorum compositi sunt; ut ex Constitu-
 tionibus † Principum Codex confectus est. Quamvis 5
 autem Jctorum omnium scripta eandem auctoritatem
 olim non habuerint, sed si quæ dissensio esset inter illos,
 & numerus utriq; æqualis, prævalebat sententia ejus
 partis, in qua esset Papinianus *l. unica C. Theodos. de respon-*
sif prudentum. Hodiè tamen eorum † scripta, parem au- 6
 thoritatem habent, cum Justinianus ea sua esse voluerit
l. 1. vers. sed neg. C. de vet. jure enucl. Auctoritas igitur &
 vis hujus juris ea est, ut non liceat judici à responsis
 prudentum recedere *d. §. responsa & in pr. Instit. tit. de of-*
ficio judicis, ubi ait Theophilus, Judicem imprimis ob-
 servare debere, ne aliter judicet, quam legibus, aut con-
 stitutionibus, aut legislatione prudentum prodi-
 tum est. Hucusq; de juris scripti
 speciebus.

De jure non scripto, sive
consuetudine.

S U M M A R I A.

1. *Consuetudo quid sit.*
2. *Consuetudo duplex.*
3. *Causa efficiens consuetudinis.*
4. *Consentire quinam possint.*
5. *Causa materialis consuetudinis qua.*
6. *Quanam consuetudo non valeat.*
7. *Requisita consuetudinis.*
8. *Qualia facta ad consuetudinem requiruntur.*
9. *Quot & quales actus requiruntur ad consuetudinem in-
troducendam.*
10. *Consuetudinis praefer legem potestas.*
11. *Consuetudo si legi contraria sit, quid dicendum.*
12. *Manusio bona legis vel consuetudinis non praesumitur, sed
probanda est.*

IU T autem olim non tantum quod populus expresso
sanxerat consensu pro jure valebat, sed & quod
tacito usu receperat, §. *ex non scripto Institur. d. tit.*
Ita etiam hodiè, si quid diuturnâ consuetudine cives
comprobent, adhuc legis auctoritatem obrinet *l. de qui-
bus 32. de legib.* Definit Imperator *Consuetudinem*, per jus,
quod usus approbavit; hoc est, quod tacito populi con-
sensu receptum est *d. §. ex non scripto.* Consuetudo enim
est jus non scriptum; ac non minus species juris, quam
jus scriptum *d. l. de quibus & c. consuetudo diff. 1.* Quod si
itaq; Princeps subditis in oppido aliquo usum omnium
jurium

jurium quæ ibi vigent, per speciale privilegium concederent, de consuetudinibus quoq; ibidem exstantibus accipi debet, Rauchb. *lib. 1. quest. juris 36. per tot.*

Consuetudo (æquè uti lex) alia est *generalis*, alia *specialis*. Illa est, quæ universaliter consensu omnium est approbata, & omnes stringit. Specialis hæc sive particularis, est illa, quæ homines alicujus loci astringit Wesenbec. *in parat. ff. de legib. num. 9.*

Causa efficiens consuetudinis & proxima, est consensus populi. Nisi enim consensus interveniat, non potest censerijus, *d. §. ex non scripto.* nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur *d. l. de quibus vers. nam cum ipse.*

Possunt consentire, qui & statuendi facultatem habent; argumento ducto ab expresso ad tacitum *l. omnes populi ff. de just. & jure d. l. de quibus, vers. nam quid interest l. ult. ibi, & quod officiis, curiis, civitatibus, principis, vel collegiis C. Quæ sit longa consuet. l. 1. ibi, quibus autem permissum est corpus habere collegij, societatis, sive cujusq; alterius eorum nomine ff. Quod cujusq; univ. nom.* Qui verò facultatem non habent statuendi, vel consuetudinis introducendæ; iis solent confirmari à majoribus magistratibus, vel etiam ab ipso Cæsare Oldendorp. *ad d. l. de quibus ff. de legib.*

Causa materialis, circa quam versatur consuetudo, sunt res possibles atq; honestæ. Turpium enim ac impossibilium nulla est obligatio, adeoq; nec ullum jus aut consuetudo *l. impossibilium 19. de reg. jur. l. generaliter 28. de verb. oblig.* Quare laudabiliter ajunt, consuetudinem oportere esse rationabilem *l. quod non ratione 39. de legib.*

6 Generaliter tamen non valet consuetudo contra jus divinum & naturale; adeoq; consuetudo, cum ratione, id est, regula honestatis & naturæ, & cum bono publico, pugnare non debet. Quin & si ad honestam hominum utilitatem non deserviat, potius corruptela censetur *c. crimina de elect. & c. fin. de consuet.* Non audiendus itaq; est, si quis existimet, consuetudinem sine ratione esse posse Bald. *d. l. de quibus.* Quod enim non ratione introductū, sed errore primum, deinde consuetudine obrenūm est, in alijs similibus non obtinet *l. quod non ratione 39. de legib.* Et ea demum propriè dicitur, & est consuetudo, quæ cum lege scripta parem habet auctoritatem definiendi, interpretandi. Juris enim, non facti, significatio inspicitur *arg. l. 1. C. Ne uxor pro marito l. stipulatio ista habere §. hi qui sunt. in fin. de verb. obligat.*

7 Cœterum ad consuetudinem, præterquam quod ea cum justiciæ regulis & ratione, cum jus sit, convenire debeat, requiruntur adhuc, tum actuum frequentia, tum diuturnum tempus *§. ex non scripto ubi Interpp. Instit. d. 111.* Ex actuum frequentia, usu & moribus, colligitur consensus populi: quem causam esse proximam consuetudinis, superius diximus. Adeoq; non sufficit, si dicatur populi consensum adesse: sed actus sive exempla consensum illum confirmantia requiruntur *l. 1. ubi probatis bis, que in oppido frequenter C. Que sit longa consuet.* Neque omne consuetum, sive quod sæpius factum, id etiam consuetudinis est; hoc enim esset exemplis judicare *cont. l. nemo C. de sentent. & interlocut. judic.*

8 Sed si quid factum est in eum finem, ut progressu temporis pro jure observaretur, idq; populus non oppugnet, ex eo tacitus populi consensus inducitur, & legis

legis naturam induit *c. consuetudo dist. 1.* alias multa fiunt, non perpetuandi, sed alia causa. Animus itaq; debet esse, ut usus vigorem habeat. Et cum tali consensu, oportet etiam concurrere facta sive exempla, & tempus legitimum *d. §. ex non scripto, ubi Interpp.*

Quot actus ad introducendam consuetudinem requirantur, pleriq; Dd. arbitrio judicis committunt *Menoch. de arbit. jud. quæst. casu 81.* quod tamen arbitrium etiam in duobus, ut maximè si notorij sunt, subsistere volunt *Dd. Bart. in d. l. de quibus num. 12. & ibi Jason. n. 85.* idè quod pluralis numerus duobus sit contentus *l. ubi numerus ff. de testib. l. hac adjectio 192. de verb. sign.* Sed actibus voluntariis consuetudinem contra jus non introduci, nisi in contradictorio judicio duabus ad minimum sententiis asserta & firmata sit, expressè docet *Accursius in d. §. ex non scripto & in d. l. de quibus*, cui meritò assentiendum est. Sic namq; *Jctus Ulpianus* ad hanc quæstionem, de consuetudine quæ vincat legem & abroget, disertè scribit; illud primò explorandum esse, an etiam consuetudo contradicto judicio firmata sit *l. cum de consuetudine 34. de legib.* non quod judicium auctoritatem aliquam adjiciat consuetudini; sed ut ex publico judicij testimonio constet, existare talem consuetudinem. Hoc igitur explorandum tradit *Ulpianus*: an etiam aliquando inter duos, quorum alter consuetudinem allegaret, alter verò contradiceret; judicatum sit secundum assertam consuetudinem *Oldendorp. ad d. l. cum de consuetudine.*

Quod autem pleriq; communioribus Interpretum placitis receptum esse scribunt, consuetudinem non tantum rebus judicatis, sed & aliis extrajudicialibus

actibus rectè introduci & probari Costal. *ad d. l. de quibus n. 11. Panorm. in c. fin. n. 16. Exs. de consuet. id eò tantum pertinere intelligendum est, quod inter cetera ad consuetudinem introducendam, actus etiam extrajudiciales crebros & frequentes intervenire necesse sit d. l. de consuetudine D. Cothm. resp. 34. n. 66. & seqq. vol. 2. & ad tit. 14. Cod. num. 239. & seqq.* Nisi enim diceremus, consuetudinem crebris actibus & frequenti exercitio introduci & recipi, futurum esset, ut consuetudo nunquam introduceretur: quippè quod consuetudo recepta sit, non possit per sententiam affirmari & declarari, nisi actibus aliquot probatis. At ut consuetudo non tantum inter aliquos observetur, sed & ut contra juris communis dispositionem jus singulare & exorbitans introducat, omninò necesse est, judicalem intervenire auctoritatem, qua consuetudinem ita esse asseratur & firmetur populo assentiente, vel non contradicente *d. l. cum de consuetudine Cothm. d. resp. 48. num. 66. & seqq.* ubi plures allegat.

IO Quod si consuetudo est præter legem, tunc eadem est potestas ejus quæ legis. Sic namq; Julianus; De quibus causis, ait, scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductum est *d. l. de quibus 32.*

II Sed quid si consuetudo sit legi contraria? Sanè lex quæ ex naturalibus negotiis ducta & descripta, pia, æqua, & utilis est, contrariâ consuetudine nullo modo abrogari potest *l. 2. C. Qua sit longa consuet.* alioquin humana plerumq; incerta observatio superaret certum divinæ rationis judicium: quod absurdissimè foret Oldendorp. *in d. l. de quibus.* Verum si sit consuetudo, quam
major

COLLATIO JURIS DIVINI CUM CIVILI. 107
 major ratio suaserit *l. 1. C. d. tit.* quamq; publica utilitas
 introduxerit, tacitusq; & inveteratus omnium consensus
 receperit & probaverit *d. l. de quibus rerumq;* perpetuò
 judicatarum autoritas firmaverit *d. l. 1. Et arg. l. nam
 Imperator 38. de legib.* certè illa, legem, cujus ratio tan-
 ta non est, quæq; minus Reip. nunc confert, & parum
 utilis, jure abrogat *d. l. de quibus D. Cothm. d. tit. 14. n. 227.*
 Non tamen in dubio præsumitur mutatio bonæ legis,
 vel consuetudinis, nisi legitimè probetur *c. 1. de consti-
 tutionib. in 6.*

CAPUT XIX.

Continens leges divinæ tabulæ decem
 Præceptorum; collatas cum jure
 Romano.

S U M M A R I U M.

1. Jus civile ex decalogo deducitur, adeoq; leges civiles circa
 decalogum versantur, ejusq; executio sunt.
2. Lex à Deo data, sive decalogus, complectitur tum religio-
 sam vitam, tum disciplinam civilem; illa respicit cul-
 tum Dei, hac vero charitatem proximi Et n. 2.
4. Summa tabulæ prima Et secunda Et n. 5.
6. Tria priora præcepta juris pertinent ad Deum, reliqua se-
 ptem ad proximum.
7. Primum Et maximum Præceptum quid sit.
8. Ethnici an Et quotenus voluntatem Dei in lege Dei pate-
 factam noverint Et n. 9. Et 10.
11. Nulla gens tam fera est, quæ non sciat Deum habendum esse.
12. Religio erga Deum est juris gentium.
13. Pœna dignus est, qui dubitat, utrum Deus honorandus sit.

O. 3,

14. Reli-

14. Religio illa sincerior est, quae est de redemptionis & c. mysteriis.
15. Secundi praecepti sententia.
16. Jurare an & quatenus liceat & n. 17. & n. 18.
19. Juramenti formula qualis concipienda sit.
20. Juramentum aestimandum non intentione ejus cui juratur, sed ejus qui jurat.
21. Jurare non licet per virginem Mariam, itemq; per sanctos angelos.
22. Si quis non facit, quod juravit, ille pejerat.
23. Perjuriorum puniendorum causa sunt poena constituta, & quales ea de jure Romano n. 24. 25. & 26.
27. Religioni standum est.
28. Sabbatum quo sine à Deo institutum: & quid sit Sabbatum & n. 29.
30. Feria in jure sunt dies sanctificationibus destinati.
31. Sanctificare verbum quid complectatur.
32. Sabbati observantiam Imp. severe praeceperunt; ejus violati poena & n. 33. 34. 35.
36. Sabbatum non violatur, quando succurritur necessitati proximi: nam proprium Sabbati opus est, consulere salutem propriam, & aliorum n. 37.
38. Honorare patrem & matrem, quid sit: & cur Deus utrumque honorandum praecipiat n. 39. & scriptura semper utrumq; parentem jungat n. 40.
41. Patris matrisve appellatione qui contineantur: ejus appellatio est latissima, quod declaratur n. 42.
43. Ex quarto praecepto promanarunt & placent Deo omnes gradus magistratum, & Imperia publica & privata.
44. Honorandos esse parentes, etiam leges civiles praecipunt: item, parentes esse alimentandos à liberis num. 45. & 46. & 47.

48. *Parentum officium est, castigare liberos immorigeros, tam de jure civili, quam divino* & n. 49.
50. *In militibus etiã pietatis ratio in parentes constare debet.*
51. *Parentes percussus, pœna mortis est afficiendus: de pœna parricidij n. 52.*
53. *Senes sunt honorandi: itemq; magistratus & Principes n. 54.*
55. *De promissione quam Deus quarto precepto adnectit: & an obsequentes semper sint diuturnioris vita num. 56. Immorigeros liberos punit Deus n. 57.*
58. *Quintum preceptum, solos homines non occidendos respicit: & qua sit ejus sententia n. 59. Ex hac lege conceditur defensio magistratus, & puniendi potestas n. 60.*
61. *Talionis pœnam adhuc hodiè observari, esset utile.*
62. *Dominis olim licuit servos occidere, sed jus divinum prohibet, itemq; jus civile.*
63. *Sed castigare licet n. 65.*
64. *Marito licuit uxorem adulteram interficere.*
66. *Magistris & preceptoribus licet discipulos castigare.*
67. *Patri conceditur castigatio liberorum, saltè in eis qua ad domesticam disciplinam pertinent: non autem qua pertinent ad publicam correctionem n. 68.*
69. *De pœna homicidij & n. 70.*
71. *De homicidarum alyis, scilicet qui involuntariè cadem faciunt, non de his qui voluntariè occidunt num. 72. & seqq.*
74. *De status Imperatorum.*
75. *De pœna homicidij à quadrupede facti.*
76. *Machari quid sit: prohibentur tam mares quam femina: ratio n. 78. 79. magis tamen à maritis n. 80.*
81. *Milites etiã non debent machari: quia Deus etiã milisum Deus est. n. 82.*

83. Adul-

83. *Adultery pœna spiritalis: & corporalis n. 84. ex L. XII. tabb. n. 85. & L. Julia num. 86. ex Constitutione Justiniani num. 87.*
89. *Si quis coierit cum sponsa alterius, quæ pœna de jure divino: & qua de jure Romano n. 90.*
91. *Præceptum septimum quod prohibet furari, habet æquitatem & divinam & naturalem: Ex hoc præcepto ostenditur, rerum omnium communionem pugnare cum natura n. 92. statuitur legitima rerum distinctio n. 93. approbantur omnes contractuum formula num. 94. an pertineat etiam ad eos, qui ex necessitate furantur n. 95. illi enim non excusantur n. 96. pertinet etiam ad milites, namq. neq. illi furari debent n. 98. & 99.*
100. *Milites debent certi esse de causa belli.*
101. *De pœna fursi & n. 102.*
103. *Falsum testimonium dicere prohibetur præcepto octavo, & quid hoc sit dicere num. 104. utilitas hujus præcepti & n. 106.*
107. *Advocati non debent mentiri.*
108. *De pœna mendacij.*
109. *Concupiscentia prohibetur nono & decimo præcepto.*
110. *Circa posteriora duo præcepta cessant omnes leges civiles: ratio num. 111.*
111. *Discrimen inter Dei & hominum legem.*
112. *Posterioribus præceptis duobus, confirmatur œconomica vita.*
113. *Summa totius legis divina duplex: dilectio Dei, & proximi: quæ tamen inter se differunt n. 114.*
115. *Pœna & promissio Dei de decem præceptis.*
116. *Respublica constat pœna & premio.*
117. *Filius an debeat portare iniquitatem patris? ubi, an alter pro alterius peccato puniatur n. 118. & 119. de crimine læsa majestatis n. 120.*

Hucusq; de juris principiis, deductis ex certis & indubitatis principiis: sed quia juris civilis doctrina, quæ legis divinæ pars, ex Dei Præceptis, & propriis digitis tabulæ lapideæ inscriptis, etiam desumpta est, adeoq; leges nostræ circa decalogum versantur, videndum deinceps hoc loco breviter, quomodo leges Romanæ cum divinis sæpè conspirent & conveniant.

Decalogus autem sive lex illa à Deo data, duo præcipuè capita complectitur; vitam & religiosam, & disciplinam civilem. Quorum ratio duobus jussis est comprehensa, & cultu Dei, & charitate proximi. Undè illud *Mattb. 22. vers. 37.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo (quæ est summa & Tabulæ primæ) & proximum tuum sicut teipsum (quæ est summa Tabulæ & secundæ.) Ea verò dilatata, ad decem numero pervenerunt; quorum tria & priora, pertinent ad Deum, reliqua septem, ad proximum, sive ad homines: qui numerus septenarius incipit ab honore parentum *Osander ad cap. 5. Deuteronomij lit. b.*

Primum itaq; decalogi præceptum, vetat alienos Deos haberi *Deuteron. 6. & 10.* Quæ lex naturæ, prima, omniumq; maxima est, *Mattb. 22. vers. 39.* ubi dicitur maximum & primum mandatum; puta, ratione objecti, scilicet Dei, qui & Optimus Maximus. Lex illa est omnibus naturæ consentanea. Nam & gentes sive Ethnici & voluntatem Dei in lege seu decalogo patefactam aliqua ex parte noverunt & intellexerunt. Quæ tamen noticia & naturalis de Deo, ejusq; operibus, discernenda est ab iis capitibus, quæ solius fidei Christianæ objecta sunt: ut de Sacrosancta Trinitate, de

P

Chri-

- Christo, redemptore generis humani, omniaq; Evangelij mysteria: Hæc enim non ex principijs naturâ notis, sed ex sola patefactione divinæ vocis petenda sunt *Rom. 16. n. 16. Coloff. 1.* De secundæ tabulæ Decalogi operibus, inquit Apostolus Paulus *Roman. 2. vers. 14.* quod
- 10 gentes naturaliter ea, quæ ÷ legis sunt, faciant imbutæ noticia naturali de discrimine honestorum & turpium, & scientes regulam: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Cicero *lib. de legib.* inquit: De ipsis quidem
- 11 hominibus, nulla gens est, neq; tam mansueta, ÷ nequæ tam fera, quæ non (etiãsi ignoret qualem habere Deum deceat) tamen Deum habendum sciat. Et inde sumpta sunt omnia, quæ in XII. tabulis dicuntur. Lex XII. tabb. ita habet: *Ad Divos adeunto castè: pietatem adhibento: opes admovento: Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.* Valde igitur ad rem Pomponius, inter exempla juris naturalis (nam sicibi intelligi debet jus gentium) refert religionem ÷ erga Deum *l. 2. ff. de just. & jure.*
- 12 Omnes namque, modo sint sanæ mentis, communi fatentur consensu, Deum religiosè colendum esse: & Deum existere æternum, commune judicium est, cunctorum degentium ratione, ut Boetius ait *lib. 5. de consol. philof. prof. 6.* Ac propterea castigatione ÷ & pœnâ dignos eos, qui, utrum Deus honorandus sit? dubitare, videatur, judicat Aristoteles *lib. 1. Topic. cap. 9.* Sed itidem hæc religio discernenda ÷ est, à religione & pietate
- 14 illa sinceriore, quæ est de redemptionis, justificationis sanctificationis mysterijs, (uti quoq; de Prophetarum intellectu occultiori *2. Petr. 1. vers. 20.*) temporibus secularibus tacitâ, omniq; absconditâ carni, quæ à Spiritu S. per prædicatum & auditum verbum Dèi descendit,
- & sa-

& sapientiæ humanæ scandalum existit *Matt. b. 16. vers. 17.*
Rom. 10. v. 14. & 1. Corint. b. 1. v. 23. Cœterum ad hoc pri-
 mum decalogi præceptum pertinet, quicquid *de justitia*
& legibus ad cultum Dei pertinentibus, in libris nostris juris
 perscriptum reperitur.

Alterum præceptum est; Non assumes nomen Dei
 in vanum *Deut. 5. & Levit. 19.* Uti Deus in primo præce-
 pto ostendit, quales esse motus cordis debeant: ita in
 secundo præcepto monet, qualis esse nostra oratio de-
 beat. Vult enim Deus ꝑ nasci orationem ex piis moti-
 bus cordis, videlicet, ex verâ agnitione Dei, timore,
 Dei, fide, dilectione &c. Item, ne per sacrum ejus no-
 men proximo nostro malè imprecemur; ne juremus in
 vanum; ne fallamus sub testimonio Dei; ne magicam
 exerceamus, sed nomen ejus glorificemus, & in omni-
 bus rebus invocemus. Huc respiciunt leges omnes *Di-*
gest. & Cod. de jurejurando, & de perjurijs.

Rectè scribit Augustinus *Epist. 89. ad Hilarium circ.*
fin. Non prohiberi nos omninò ꝑ jurare, à Christo: sed
 tantum superflue jurare, vel oblique: quia his modis
 Deo fit injuria, & ejus majestas spernitur. *Superflue jurat,*
 qui affirmationi & negationi addit Dei nomen, & jura-
 mentum non necessarium: & sine quo partes agentes
 poterant esse contentæ. *Oblique jurat,* qui non quidem
 ipsius Dei nomen, sed tamen creaturas illius veluti tes-
 tes assumit, & plerumque, ubi nec opus est, nec decet.
 Licet ꝑ ergò jurare, ubi necessitas rei magnæ postulat, &
 tunc præcipitur ab ipso Domino *Deut. 6. v. 13. & 10. v. 20.*
 quia dominus ipse juravit, *Exod. 17. v. 16. Psalm. 132. v. 11.*
Heb. 6. v. 17. Psal. 116. Sic & Paulus Deum testem invocat
2. Corint. b. 1. v. 23. Roman. 1. v. 19. Et privatis hominibus

18 conceditur juramentum à magistratu, quando † veritatis cognoscendæ quilibet alius modus deficit, *Hebr. 6. v. 16.* quo lites finiantur *l. 2. de jurejur. cum seqq.* & tuti inter se vivant mortales: majoris alicujus potestatis & numinis metu: Juramentum ergò hujuscemodi, malum non est Lambert. *Danæus lib. 2. Etices Christ. cap. 9.*

Sed non omnis verborum jurisjurandi conceptio
 19 licita & honesta est, per quam Dei fit † mentio: sed formula juramenti modestissimè est concipienda, Dei nomine & appellatione quam reverentissimè interpolatâ, aut additis verbis: *Sic me Deus juvet: sic mihi addat: sic faciat Dominus:* ut sæpissimè in veteri testamento. Ac illud in ipsa jurisjurandi forma notandum, juramentum ex voluntate & intentione jurantis, non autem ejus cui
 20 juratur, esse æstimandum † & interpretandum *c. humanè nè 22. quest. 5. & c. juramenti ibid.* Sanè apud Christianos jam dudum receptum est, ut juretur per Deum & Sancta Evangelia, seu per verbum Dei, tactis Evangelij; quod etiã tempore Justiniani in rebus majoris momenti usurpatum fuisse, declarat formula jurisjurandi præscripta à Justiniano *Nov. 8.* Quod verò Imperator
 21 ibidem jubet jurare *per sanctam gloriosam † Dei genitricem, & semper virginem Mariam, itemq; per Sanctos Archangelos, Michaëlem, Gabrielem, nec-non per quatuor Evangelia, a què ac per Deum & Christum & Spiritum sanctum,* equidem probari non potest, cum tota scriptura clamet, hunc honorem soli Deo deberi, ut per eum juretur *Jeremia 5: & Hebr. 6. Deut. 6. v. 13. & cap. 10. v. 20. Matt. 5. v. 33.* ille enim solus est inspector & scrutator cordium, ut scire possit, qua fide, quavè conscientia quisq; juravit, solus sui nominis conterriti idoneus ultor & judex.

Cœte-

Cœterum qui non fecit, quod ex animi sui sententia quis juravit, sicut verbis conceptum est, ille ꝑ pejerat, sive perjurium committit, Cic. *lib. 3. de offic.* Et ait Dominus ipse: non jurabitis nomen meum mentiendo *Levit. 19. v. 12. Psal. 15.* Is autem mentitur, qui sciens fallit. Ad hoc autem ut coerceantur ꝑ perjuria, ut religiosè promissioni satisfiat, sunt actiones & poenæ constitutæ. Ex leg. 12. tabb. perjuriꝝ poena divina, exitium: humana, dedecus. Apud Romanos ꝑ hæc fuit nomothesia, ut si per Deum jurans, quis pejeraret, ad Deum ipsum plectendus remitteretur, quem satis esse idoneum suæ maiestatis vindicem dicebant *l. jurisjurandi C. de reb. cred. & jurejur.* Sin per genium Principis quis jurans pejerasset, castigabatur fustibus, cum hoc elogio, Temere ne jura *l. si duo patroni §. fin. de jurejur.* At si rem & pignus, quod dabam, juravi esse meum, nec est, est crimen ꝑ felonatus. & punitur hoc perjurium exilio ad tempus *l. de perjurio ff. de crim. felonat.* Quod si, deferente me, juraveris, & absolutus sis, postea perjurium fuerit approbatum: Labeo ait, de dolo ꝑ actionem in eum dandam. Pomponius autem, per jusjurandum transactum videri. Quam sententiam & Marcellus *libra octavo Digestorum* probat: stari enim ꝑ religioni debet.

Deniq; præter jusjurandum & perjuria, huc respiciunt *leges de veneficiis; incantationibus; forsilegiis, mathematicis, & inde promanantibus & dependentibus causis factisq; item, de pactis: & transactionibus; de stipulationibus & verborum obligationibus; de fidejussoribus: novationibus aliisq; contractibus & promissionibus fide vel Christiana vel politica sancitis & confirmatis.*

Tertium præceptum est: Memento ut diem Sab-

- bathi sanctifices. Præcedentibus legibus præcipitur vera religio, dilectio & amor Dei. Ut autem remotis impedimentis vera religio doceatur & tradatur, adeoque ex auditu verbi concipiamus fidem & dilectionem.
- 28 Dei, instituit ꝑ ille Sabbathum, quo externo Dei cultu pietatem nostram testificaremur, sepositis omnibus
- 29 mundi negotiis: Sabbathum enim *שבת*: ꝑ lingua Hebraica dies quietus dicitur: & est septimus dies, quo Deus requievit ab operibus suis. Hos dies sanctificationibus destinatos, ferias ꝑ in jure dicunt, de quibus multa in libris Pandectarum & Codicis *sic. de feriis*. Pertinent quoq; huc quæcunq; *de ceremoniis, & de templis*
- 30 scripta sunt. Nam verbum, *Sanctifices*, ꝑ complectitur omnes omnino justas ceremonias conservandas & defendendas, una cum sacerdotibus verbi divini *tot. sic. C. de SS. Eccl. & c. l. non distinguemus §. Sacerdotio obvenerit ff. de recept. qui arbit. receper.*
- Observantiam Sabbathi Constantinus Magnus &
- 32 Justinianus Impp. severè præceperunt, ut ꝑ ex ipsorum sanctionibus constat. Sic enim inquirunt: Dominicum diem semper honorabilem decernimus, taceat apparitio, advocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox silescat & c. *l. fin. C. de feriis*. Et scribit Cornelius Tacitus, quod veteres Germani fuerint devoti in servanda die dominicâ. Si enim
- 33 servus laboraverat ꝑ in die dominicâ, fuste fuit correptus. Si homo liber, ter fuit admonitus, & si non paruit admonitioni, quartò amisit tertiam partem bonorum, & emancipatus fuit. Scriptura autem sacra durioræ
- 34 poenam decernit ꝑ contemptori Sabbathi: nam qui prophana verit Sabbathum, morte morietur, inquit textus

Exodi

Exodi 21. & jubet lapidari virum, qui collegerat ligna, † in Sabbato Num. 15. ut alias poenas omittam Levit. 19. 35 23. 25. & 26. Ezech. cap. 20. 22. & 23. Amos cap. 8. Esaia 1. Thren. 1. Jerem. cap. 17.

Quando autem succurritur necessitati † proximi, 36 tunc non violatur Sabbatum: Necessitas enim legem non habet. Sic Dominus excusat discipulos suos vellitantes spicas die septimo *Matth. 12.* proprium enim Sabbati opus est, salutis † tam nostræ, quam aliorum. 37 consulere.

Et hæcenus de tribus legibus prioris tabulæ; quæ, ut constat, latè patent; continent namq; totam religionis formam à capite usq; ad finem, & consequenter potissimam juris publici partem, de quâ loquitur Ulpianus *l. 1. §. 1. de just. & jure publicum jus (inquiens) in sacris, Sacerdotibus & magistratibus consistit.*

Quartum præceptum jubet: honorari patrem & matrem: hoc est, † timere nos vult, & amare parentes: 38 Item, illos qui in nos, authore Deo, imperium habent, aut aliud quodlibet jus. Non enim debemus eos contemnere, multò minùs offendere; sed habere illis honorem & reverentiam secundum uniuscujusq; conditionem. Pervenimus itaq; ad secundam tabulam hujus legis, primumq; illius præceptum, quod est, honorare patrem & matrem, cum promissione speciali.

Utriusque, patris scilicet & matris, meminit lex. Quamvis enim satis sub masculino foemimum concipi posse videbatur *l. 1. de verb. signific.* Quia tamen vulgò omnium populorum legibus sancitum est, ut foeminarum, quam virorum, in multis sit deterior conditio: Itaq; & vilior censetur matrum conditio quam patrum

trum, & non habent matres in sua potestate liberos, sed patres habent: neq; eos ex suo cognomine & familia denominant, neq; iis nobilitatem pariunt, sed soli patres: Idcirco Deus expressè & disertè † utrumq; honorandum docet, *Deut. 21. v. 28.* ne propter jus illud dispar, uni tantum, nimirum patri, officium deberi censeretur, atq; negligerentur matres. Sic & *Prov. 23. v. 22. 10. v. 1. 15. v. 20. 17. v. 25.* utriusque, patris & matris, disertè fit mentio, quia in procreandis liberis & educandis, utriusq; & labor intervenit, & ministerium.

Si itaq; de jure civili quæritur, potiora sunt jura patris: si de divino aut naturali, nihil plus patri tribui videtur, quam matri; nam, uti modò dictum, scriptura † semper utrumq; parentem conjungit *Deut. 21. v. 28.*

Sed illud adhuc tenendum; patris matrisvè significationem, hoc loco non esse restringendam † ad solas eorum personas, qui ipsi nos procrearunt, sed latius extendendam esse. Itaq; ajunt. Ceteri, eos omnes comprehendendi, qui parentum nuncupatione continentur: hoc scriptum est à Constantino *in l. unica C. de iis qui parentes vel liberos occiderunt* & in §. *alsa deinde lex Instit. de publ. judic.* Parentum autem appellatione continentur omnes, qui sunt in rectâ lineâ ascendente, usq; ad tritavum, ait Paulus *l. Jurisconsultus ff. de gradib. affin.* Ergò ultra tritavum non erunt honorandi parentes. Aliud tamen sentiendum est. Nam patris matrisvè significatio † hoc loco est latissima, & ad quatuor hominum genera pertinet: nempe, ad eos qui sunt vel patres naturâ sive adoptione, ut omnes cognati, consanguinei, patria ipsâ (& huc quadrat, quod Pomponius, addens exempla juris gentium naturali ratione constitui, hoc est,

est, juris verè naturalis & divini: ut parentibus (inquit) & patriæ pareamus. Conjungit parentes & patriam d.l.2. de just. & jure) vel dignitate, ut Principes, Domini, Magistri: vel ætate, ut senes omnes: vel beneficio, ut benefactores animorum & corporum.

Ex hoc igitur fonte promanarunt, & Deo placent, omnes gradus magistratuum, & publica & imperia: 43 item, parentum & dominorum, aliorumq; administratorum privata potestas, dominia & jura: adeoq; ad hoc caput legis referri oportet omnia, tum oeconomica, tum politica præcepta, qualia sunt ea, quæ docent, cujusmodi & qualia sint subditorum officia erga magistratus, & contra, Magistratum officia erga subditos: quale officium conjugis erga maritum, & mariti erga uxorem; servi erga dominum, & domini erga servum: denique discipuli erga magistrum, quorum authoritas hoc præcepto sancitur, & de quibus Paul. Ephef. 5. & 6. & Coloss. 3. & 4. Tit. 2. & 1. Petr. 2. & 3. 1. Joban. 2. Hinc est titulus, de patria potestate; lex Pompeja parricidiis, lex Julia Majestatis: titulus de statu hominis; de his qui sunt sui vel alieni juris: de adoptionibus: de arrogationibus: emancipationibus & manumissionibus: de tutelis & curationibus: de obsequiis parentibus & patronis præstandis: de operis libertorum: de operis servorum: de testamentis & ultimis voluntatibus: de imperiis & magistratibus, puta, de officio consulis, & aliorum magistratuum: de jurisdictione: de legibus: de Constitutionibus Principum: de custodia & exhibitione reorum: de accusationibus & inscriptionibus: de privatis judiciis: titulus de edendo: ad exhibendum: de interrogationibus in jure faciendis: ad SC. Turpilianum & de abolitionibus criminum: de questionibus: de pœnis: de

interdictis & relegatis: de bonis damnatarum: de sententiã passis & restitutis: de cadaveribus punitorum: denique totã actionum & interdictorum materia, libris nostris sparsim comprehensa, totusq; judiciarius processus huc est referendus. Unde patet: esse hic locum communem, totius juris civilis, qui tractat de jure personarum, juxta divisionem Caji l. 1. de stat. hom. & §. ult. Instit. de jure nat. gent. & civ. adeoq; ad hoc præceptum referri posse videntur etiam eæ actiones, quæ apud Romanos præjudiciales, sive præjudicia vocantur, quibus scilicet de statu hominis quaeritur, liber an servus sit; libertus an ingenuus; filius familias, nec ne sit.

Præcipit itaq; hæc lex divina honorari parentes. 44 Sic etiam ex sententiã Ulpiani; filio semper honesta † & sancta persona patris videri debet l. 9. de obseq. parentib. & patron. prest. & filium patrem matremq; venerari oportet l. 1. dict. tit. & jus gentium solis hominibus inter se commune est, veluti, erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus l. 2. de just. & jure. Imò etiam militibus pietatis ratio in parentes constare debet l. 1. ff. obseq. par. & patron. prest.

45 Sed ipsa natura nos docere potest, honorare parentes non posse dici eum, qui non suppeditat † illis ad vitam necessaria, pro suis facultatibus. Sed tamen & legibus cautum hac de re fuit, & quidem de alimentis nominatim l. si quis à liberis §. ff. de agnosc. & alend. lib. Ubi scribit Ulpianus: si quis à liberis ali desideret, vel, si liberi, ut à parente exhibeantur: judex de eare cognoscet. Et paulò post: si vel parens neget filium, idcirco alere se non debere contendat, vel filius neget parentem: summam judices oportet super eare cognoscere. Et si quis.

COLLATIO JURIS DIVINI CUM CIVILI. III

quis ex his alere detrectet, pro modo facultatam ali-
 menta constituentur. Quod si non præstentur, pigno-
 ribus captis & distractis cogetur sententiæ satisfacere.
 Sic Imp. Antoninus, parentum necessitatibus liberos
 succurrere justum est *l. 1. C. de alimentis liber.* Sic Divi fra-
 tres rescripserunt: Competens judex à filio te ali ¶ ju- 46
 bebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta præstare
 possit *l. 2. C. dist. tit.* itemq; Impp. Diocletianus & Maxi-
 mianus: Filia tua non solum reverentiam, sed ¶ etiam 47
 subsidium vitæ ut exhibeat tibi, Rectoris provinciæ
 auctoritate compelletur *l. 5. C. de patria potest.*

Extenditur hoc ad castigationem liberorū, qui sunt
 parentibus immorigeri aut etiam ¶ malè contractant, 48
Deut. 21. v. 18. Si genuerit homo filium contumacem &
 protervum, qui non audierit patris ac matris imperium,
 & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum,
 & educent ad seniores civitatis illius, & ad portam ju-
 dicij: dicentq; ad eos, Filius noster iste protervus, &
 contumax est, monita nostra audire contemnit, com-
 messionibus vacat, & luxuriæ atq; convivis. Et la-
 pidibus eum obruet populus civitatis, & morietur. Et
 qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur,
Exodt 21. v. 16. Et qui maledixerit patri suo, aut matri,
 morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit, sanguis
 ejus sit super eum.

Concordat ¶ justivile: sic namq; Imperator Ale- 49
 xander: si filius tuus pietatem patri debitam non agno-
 scit, castigare jure patriæ potestatis non prohiberis:
 acriore remedio usus, si in pari contumacia perseve-
 rarit; eumq; præ sidi provinciæ oblaturus, dicturo sen-
 tentiam, quam tu quoq; dici videris *l. si filius tuus C. de*

- patria potest.* Ulpianus: si filius matrem aut patrem, quos venerari oportet, contumelios afficit, vel impias manus eis infert: Præfectus urbis delictum, ad publicam pietatem pertinens, pro modo ejus vindicat *l. 1. §. pen. ff. de obseq. parentibus & patron. prest.* Imp. Valerianus & Gallienus: Præses Provinciæ reverentiam debitam exhibere matri filios coget: &, si provecram ad inclementiores injurias improbitatem depræhenderit, læsam pietatem severius vindicabit *l. congruentius C. de patria potest.*
50. Quin etiam si filius miles in patrem aliqua commisit, pro modo delicti puniendus est: quia in militibus etiam pietatis ratio in parentes † constare debet *l. 1. §. 1. de obseq. parentib. & patron. prest.* & indignus militia judicandus est, qui patrem & matrem, à quibus se educatum dixerit, maleficos appellaverit *d. l. 1. §. ult.*
51. Qui verò percusserit patrem suum, aut matrem suam, illi poena mortis poena est constituta *Expd. 21. v. 15.* Concordat *d. l. 1. de obseq. parent. & patron. prest.* ubi Ulpianus: si filius matrem aut patrem, quos venerari oportet, contumelios afficit, vel impias manus ei infert, præfectus urbis delictum, ad publicam pietatem pertinens, pro modo ejus vindicat. Sed poena parricidij exactius
52. describitur à Modestino, his verbis: Poena parricidij † more majorum hæc instituta est, ut parricida, virgis sanguineis verberatus, deinde culeo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & simiâ: deinde in mare profundum culeus jactetur. Hoc ita, si mare proximum sit: alioquin bestiis objicitur, secundum divi Adriani Constitutionem *l. 9. ff. ad l. Pomp. de parricid.* Cæterum ab Imp. Constantino hæc parricidij poena alijs etiam quibusdam homicidijs statuitur *l. unie. C. de his qui parent.*

rens. vel liberos occid. & §. alia deinde lex 6. Institut. de publ. judic.

Præterea non tantum parentes honorandi, sed etiam senes, † itemq; magistratus & Principes. *De honoratione senum* legitur; Coram cano capite confurgendum, & honorandam personam senis, *Levit. 19. vers. 32.* Eleganter Callistratus: semper in civitate nostra senectus venerabilis fuit. Namq; majores nostri pene eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant. Circa munera quoq; municipalia subeunda idem honor senectuti tributus est *l. semper ff. de jure immunit.*

De honoratione magistratum & Principum † caustum est *Exodi 22.* Magistratibus (vel iudicibus) non maledices: neq; Principi populi tui maledices *Deuteron. 12.* Nec verò solum ut obtemperent obediantq; magistratibus, sed etiam ut eos colant, diligentque, præscribimus; *ut Charondas in suis scripsit legibus.*

Illud ad finem quarti præcepti addendum, quod de promissione ei Deus adnectit: *Honora patrem & matrem, ut bene tibi sit, & sis longævus super terram.* Quæ † promissio idè addita est, ut adhuc magis ad illud obsequium incitarentur homines, atq; ita tanquam per gradus ad alia obsequia provocarentur: item, ut esset velut quoddam foederis divini signum. Eaq; promissio non tantum pertinet ad adolescentes liberos, uti volunt Chrysostomus & Theophylactus *in Epist. Pauli 6. v. 1.* quos refert Danæus *lib. 2. palit. Christi. cap. 12:* sed etiam ad senes, adeoq; ad omnes liberos, si modò vitam, & lucis hujus usuram diuturnam, itemq; prosperitatem à Deo habere velint. Quamvis autem non semper † ita fieri videamus, ut, qui obsequuntur parentibus, sint vitæ

Q 3.

diutur-

diuturnioris & longioris in his terris: eatenus tamen hoc fit, quatenus dominus ipse ijs ipsis expedire videt. Prospicit enim nobis melius, quam nos ipsi, & plus videt. Neq; verò propterea fallit Dominus filios obsequentes & morigeros parentibus, cum is vitam hanc temporalem admittit. Facit enim ut cœlestem longèq; beatiorē illi habeant. Itaq; commutat potius terrena promissa cum cœlestibus, caduca cum immortalibus.

- 57 Contra, immorigeros † & ingratos liberos Deus puniet, & in hac vita, si non brevitare, certè infamia, varijs ærumnis, doloribus & cruciatibus, uti dicitur etiam *Prov. 30. vers. 17.* à fœris bestijs: & in futura vitâ: nam quoq; filius qui maledicit patri, citò morietur *Prov. 20. v. 20. & 23. v. 22.* Exemplo est Absolon, & ejus ignominiosa mors *2. Sam. 18. v. 9.* Itemq; Cham, irridens Noachum, ab eo maledictus *Genes. 9.*

- 58 Quintum præceptum est, Non occides *Exod. 21. & Deuteron. 5.* Quod præceptum ad solos † homines non occidendos pertinet. Dei itaq; præcepto, ipsiq; voluntati planè repugnat, si quis alium occidat. Et quia Deus hominem creavit ad suam imaginem *Genes. 1.* Dei imaginem violat, qui àkerum occidit. Nam eam imaginem delet, quam Deus exculptam esse vult. Itaque Deo ipsi, non tantum homini mortali, quem offendit, injurius est homicida *Genes. 9. v. 5. & 6.* Undè inter ea scelera sex, quæ Deus maximè odit, enumeratur homicidium, *Poverb. 6. vers. 17. & Osea 4. vers. 2.* Et idcirco omnium gentium legibus prohibita sunt homicidia, & hominum corpora Sacrosancta habentur, & facta tecta ab omni injuria conservantur. Indè *lex Cornelia de sicariis & leges Julia de vi publicâ & privatâ, lex Julia Majestatis,*

sis, lex Pompeja de parricidio, lex Aquilia, de his qui dejecerint vel effuderint, de noxalibus actionibus injuriarum. Hoc † 59 enim vult hoc præceptum, Non tantum ne quis lædat corpus, sed & nec famam proximi, neq; ulla cum adficiat injuria; ne quis insidietur proximo, velut vulpacula, sed juvet potius, & adsit ei in omnibus periculis, quoad potest. Cum enim natura seu Deus velit esse societatem quandam & cognationem hominum: ea non potest conservari, si nemo adversus injurias tutus sit. Ex hac igitur † lege divina, conceditur defensio magistratui, & puniendi potestas, adversus malos, naturali ratione *l. ut vim ff. de just. & jure.* Undè promanarunt omnes leges de varijs poenarum speciebus, sancientes, ne sint majores, aut minores, quam delicti qualitas exigat: inter quas nulla ad naturam proprius accedit, quam poena Talionis, de quâ valde elegans locus extat *l. 1. & tot. tit. ff. Quod quisq; juris in alium statuerit, ut ipse eodem jure utatur:* quam utinam † hodiè retineremus! 61 neq; enim tunc daret veniam corvis censura vexans columbas, ut Poëta verè dicit.

Pertinet autem hoc præceptum, non solum ad marces, sed etiam ad foeminas, nam de his nominatim sancitum est *Deut. 25. v. 11. & 12.* At infans & furiosus non tenetur, nisi per dilucida intervalla necaverit: quia rationis judicio caret *l. 12. ad ff. L. Cornel. de sicar.*

Sanè olim dominis † servos occidere licuit §. *in potestate Instit. de his qui sui vel alieni jur.* Quin etiam varia extant exempla eorum patrum, qui privatis judicijs filios suos necaverunt *apud Valer. Maxim. lib. 8. cap. 8.* sed lege † Dei, quæ judicialis dicta est, vetebantur Domini occidere servos *Exod. 21. v. 26.* multoq; magis patres

tres prohibentur filios privato iudicio interficere. Unde apud Romanos ex epistola Severi, & rescripto D. Antonini, puniri iubentur Domini, qui servum suum sine causa iudicisq; cognitione occiderunt: non minus quam si alienum d. §. in potestate l. ii. ff. ad L. Cornel. de sicar.

Marito uxorem occidere nunquam licuit, Mosais legibus. At Romanorum legibus licuit, si ita adul-
64 terio deprehendisset † eam l. nec in ea lege §. ideo autem & l. seqq. ff. ad L. Jul. de adult. Gell. lib. 9. Noct. Attic. cap. 23.

Quamvis autem occisio & nex sive cædes servo-
65 rum prohibeatur, Exod. 21. v. 26. Licet tamen domino † servos moderatè & ex justa causa castigare: idq; apparet ex eo quod non prohibetur emendatio dict. cap. 21. vers. 26. Estq; lex Constantini 85. C. de emendat. propinq. ubi docetur, licere servum ex causa emendare, non tamen immoderatè: & locis verberibusq; cedere. Idem
66 licet magistris, nimirum discipulos suos † castigare verberibus, moderatè tamen: Verbera, inquit lex, impunita sunt à magistris, vel parente; quia emendationis, non injuriæ causa videntur adhiberi in l. aut facta §. causa ff. de pænis. Sed ea castigatio patri conceditur, in ijs,
67 quæ ad domesticam disciplinam † pertinent, ut si quod à filio flagitium domi commissum, vel in fratres, vel in ipsum patrem: non autem in ijs quæ pertinent ad publicam mörum † correctionem & accusationem, quemadmodum si filius sit adulter, homicida, falsus testis; de quibus correctio ad patrem non pertinet, sed ad iudicem, quia eòusq; se patria potestas non extendit d. l. unic. C. de emendat. propinq. & tot. tit. ff. & C. de jurisd.

69 Pœna † homicidij extat Exodi 21. & Levit. 24. Qui percussit hominem, & mortuus fuerit, morte moriatur:

tur. Quicumq; effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius *Genes. 9.* Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt *Matth. 26.*

Cum his convenit, quid constituerunt Imp. Theodosius & Arcadius: homicida † quod fecit, expectet 70
l. 3. C. de Episc. audient. Justinianus §. *item lex Cornelia Instituit. de publ. jud.* lex Cornelia de sicarijs, homicidas ultore ferro persequitur, vel eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. Unde patet, puniri etiam voluntatem occidendi, seu mortis alicujus quovis modo machinationem *l. 1. ff. ad L. Cornel. de sicar. & l. 3. eod.*

De homicidarum † asylis seu perfugijs, cautum 71
est *Deuter. 19.* ubi à Mose dantur asyla seu perfugia (id est, quædam urbes pro asylis & perfugijs) ijs tantum homicidis, qui planè *ἀκούσιως*, id est, involuntariè cædem fecerunt. Nam adversus eos qui *ἐκούσιως* cædem faciunt, ita † legitur *d. cap. 19. Deuter.* si quis odio habens 72
proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, surgensq; percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritq; ad unam de supradiçtis urbibus: mittent seniores civitatis illius, & arripiant eum de loco effugij, tradentq; in manum proximi cujus sanguis est effusus: & morietur: *de quo Danæus lib. 2. Et bic. Christ. cap. 13.*

Quidam Christiani Imp. etiam constituerunt asyla *l. 3. C. de iis qui confug. ad Ecclesias.* Et Justinianus *Novell. 38.* eam prærogativam in Ecclesiam † Carthagi- 73
nensem contulit, ut qui ad eam confugisset, impunitatem consequeretur: nisi homicidium, vel raptum virginis, aut vim in Christianum admisisset. Verum, id postea ad omnes Ecclesias extensum fuit. Ad

R statuas

74 *statuas* † Imperatorum quoq; confugiebant nonnulli, ut apparet ex lege Imp. Valentiniani, Theodosij, & Arcadij *Cod. de his qui ad statuas confug.* item §. *sed hoc tempore Instit. de his qui sunt sui vel alieni juris* & Ulpiani *in l. 17. §. apud labronem ff. de adilit. edict.*

75 De poena homicidij † à quadrupede facti, cavetur *Exodi 21. Cum quo conjungendum, quod constituitur Institut. tit. si quadrupès pauperiem fecisse dic.* Si nimirum animalium nomine, quæ ratione carent, lascivia, aut feritate pauperiem fecerint, ut tunc animalia illa noxæ dedantur &c.

Sextum præceptum habet; Non mœchaberis *Exo- di 20. Levit. 18. Deuteron. 5.* hoc est, non pollues † castitatem, ac modestiam vivendi factis aut dictis, nec admittes adulterium aut stuprum. Quia DEUS vetat omnem scortationem, omnemq; immunditiam, quâ vel pudicitia, vel castitas matrimonij violatur *Matth. 5. v. 27. & 1. Corint. 6. v. 9. Ephes. 5. v. 5. Coloss. 3. v. 4.* Ostendit ergò, secundum naturam esse matrimonia, ut unusquisque habeat suam, retineaturq; in voluptatibus modestia quædam & certitudo. Vagi enim concubitus, incertam facerent de sobole opinionem, elevarentq; curam alendi partus.

Hinc oriuntur tituli & leges *de sponsalibus, de donationibus ante nuptias, de ritu nuptiarum, de nuptiis, & de secundis nuptiis, de incestis & inutilibus nuptiis, de interdicto matrimonio inter pupillum & tutorem, de agnoscendis liberis & alendis, de dotis promissione, de rei uxoria actione, de ventre inspiciendo custodiendog, partu, de pactis conventis tam super dote, quam super donatione, de pactis dotalibus, titulus, si ventris nomine in possessione sit, de dote cautâ non numeratâ, de dona-*

donationibus inter virum & uxorem, de divortijs & repudijs, titulus, soluto matrimonio quemadmodum dos petatur, si dos constante matrimonio soluta fuerit, titulus, ne fidejussores dotium dentur, de fundo dotali, de naturalibus liberis, lex Julia de adulteriis.

Prohibentur autem moechari tam mares † quam 77
foeminae *Levit. 20. v. 15. & 16. Deut. 22. vers. 22.* Sanctitas
enim ab utrisq; & pudicitia requiritur. A maribus † 78
quidem & viris, quia, ut ait lex, periniquum est, virum
pudicitiam ab uxore exigere, quam ipse non exhibet.

A foemina † verò, quia etiam earum corpus templum 79
est Dei Spiritus Sancti *1. Corintb. 16. vers. 19.* A maritis † 80
autem castitas pudicitiaq; exigitur, eò magis, quod jam
fidem dederint uni, quam violare non debent. Nec ulla
exceptio est † in militibus: nam & illos hoc præceptum 81
comprehendit, tenetq; hujus legis prohibitio *l. miles ff.*

ad L. Jul. de adult. Neq; excusat absentia eorum ab uxore, quæ fit Reip. causâ, ut militi idè fornicari vel scortari liceat. Est enim Deus, militum † Deus *Exodi 15. v. 3.* 82
uti etiam togatorum & eorum qui in pace vivunt. Et
sic etiam lex Julia de adulteriis, ad omnia matrimonia,
pertinet, tam militum, quam paganorum, ut dicitur *in*
l. si unii ff. ad L. Jul. de adult.

Pœna adulterij spiritualis † est mors æterna, uti 83
omnis scortationis *1. Corintb. 6. v. 9.* Corporalis † verò 84
legibus Mosaicis mors *Deuter. 22. Num. 25. v. 29. & 1. Corintb. 10. v. 8. & Judic. cap. 19. Levit. 20. v. 10.* ubi scribitur:
Qui adulterium commiserit cum uxore proximi sui,
moriatur adulter & adultera. Priscis verò Romanis
potissimum, capitis pœnâ punitum fuit adulterium.
Adfertur ex XII. Tabb. † legibus, de mulierere adulte- 85

ra; Adulterij convictam vir & cognati, uti volent, necanto. Item, lex † Julia de adulterijs coercendis, temeratores alienarum nuptiarum gladio punit §. *item lex Julia Instituit. de publ. judic.* Et quod tempore Alexandri Severi Imp. poena adulterij fuerit capitalis, patet ex l. 9. C. ad L. Jul. de adult. l. 18. C. de transact. l. 3. §. *fin.*

87 C. ad L. Jul. de adult. At ex † constitutione Justiniani, adultera in monasterium per duos annos detruditur Nov. 134.

88 Si quis coierit † cum sponsâ alterius, ita constitutum est jure divino: Cum fuerit puella virgo desponsata viro, & invenerit eam aliquis in urbe, coieritque cum ea: educetis utrumque ad portam urbis ejus, & lapidabitis eos lapidibus, ac morientur Deut. 22. vers. 24.

89 Idem statuitur jure † Romano in sponsâ: quia neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonij violare permittitur, ut rescripserunt Divi Severus & Antoninus l. 13. §. *Divi Severus ff. ad L. Jul. de adult.*

Septimum præceptum; Ne furtum facies, hoc est, non eripies aliorum fortunas, neque ulla fraude ad te transferes, aut si apud te sunt, non contrectabis invito domino Exods 20. & Deuter. 5. Levit. 19. Undè rectissime dixit JC. Paulus: furtum naturali lege prohibitum esse l. 1. ff. de furt. Et hinc hoc † præceptum æquitatem habet, non solum divinam, sed etiam naturalem; quia, ut JCti ajunt, dominorum distinctio est juris naturalis l. ex hoc jure ff. de just. & jure. Undè observandum est, ex hac lege nobis ostendi: rerum omnium communionem pugnare † cum naturâ. Nam si omnes res nobis secundum naturam essent communes, hoc est, ita unius, sicut

alte-

alterius: non posset committi furtum contra naturam; quia jure concederentur occupanti. Statuitur itaq; legitima rerum & dominiorum distinctio, † ut unusquisque 92 suam habeat, sitq; sua sorte contentus; & qui furatur, procul dubio illam distinctionem evertit, perturbatque. Et sic videmus ex hac lege, & sequentibus, colligi locum communem totius juris civilis, videlicet, qui pertinet ad res. Præterea cum ad transigendum hanc vitam opus sit quadam communione rerum in regulas certas redactâ, ut unusquisq; ad usum suum acquirere, possit res quas velit, sine alterius injuriâ: consequens est, approbari hoc loco omnes † contractuum formu- 93 las; in quibus ea servatur æqualitas, ut sine ullo gravamine res ab uno ad alium transferantur; sicut etiam, Pomponius rectè animadvertit *in d. l. ex hoc jure.*

Ex hoc itaq; fonte promanarunt in Pandectis & Codici tituli *de rerum divisione, & acquisitione: de contractibus: de servitutibus: de usufructu: de aleatoribus & alealusu: de acquirenda possessione: de usurpationibus & usucapionibus: de furtis; de bonis vi raptis; de incendio, ruinâ, naufragio: de absqueis: de receptatoribus: de furtibus balnearis: de effraCTORibus: expilata hereditatis: de termino moto: lex Julia repetundarum: de sacrilegis: & de residuis: lex Julia de annonâ.*

Cœterum hæc lex neminem excludit, sed omnes prohibentur furari, etiam pauperes † & egeni; qui licet 94 egeni, non tamen furari aut rapere debent, sed potius à Domino precibus impetrent, id est, à Deo ipso posscant, qui benignus est & largus in omnes, & præstare, nobis potest ultra ea quæ petimus, ait Paulus *Ephef. 3. v. 20. & Phil. 4. vers. 10.* Est & hominis Christiani, posse

abundare, & posse etiam penuriam pati. Et solet semper Deus excitare magistratus, & alios bonos, qui sua liberalitate aliorum inopiam sublevant, quantum opus est. Et hanc sententiam defendit Lambertus Danæus *lib. 2. Ethicæ Christianæ cap. 15.* Contra alios, qui contendunt, furibus urgente fame, ad res aliorum fraudulose contrectandas † inductis, veniam & impunitatem dandam esse. Sanè illi pro sua sententia allegant textum *Proverb. 6. v. 30.* ubi dicitur: Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit; furatur enim ut esurientem impleat animam. Undè deducunt; non esse ignominiosum furi, quando furatur: sed Danæus respondet *d. loc.* illud ibi *κατὰ ἡ*, non autem *ἀπλῶς* accipiendum esse. Illud verò quidam non diffitentur: mitigationi pœnæ locum esse, si quis modestus alioquin, fame coactus, panes, aut alia edulia, sine atrocitate furatus est Philippus Melancht *lib. 2. Ethic. cap. 3. de discrimine inter summum jus & Πικρῆσαι.*

96 Præterea hæc lex divina pertinet † etiam ad milites. Sanè Dominus ipse sanxit jura belli *Deuter. 20.* Sed Johannes Baptista respondit militibus; Neminem concutiatis *Luca 3. vers. 14.* Et Esaias *cap. 33. v. 1.* Habacuc *cap. 2. v. 8.* Væ tibi † qui prædaris, nam & ipse prædator: non licet impunè militibus militiæ prætextu, à quo vis quælibet capere. Cœterum ab ijs quos tuentur stipendia accipere licet: prædari verò, eorumq; bona diripere non licet. Ergo solos hostes licet illis prædari *Deut. 20. vers. 14.* Nam bonus miles, uti strenuus canis, suos tuetur, & domesticos: hostes verò & extraneos abigit atq; allatrat, inquit Plato, quem refert Danæus *d. loc.* Sed prætendunt milites nostratos, proh dolor, sibi

sibi stipendia non dari: Undè concludunt, quod furari & prædari liceat: at valdè illi falluntur. Quandoq; prætendunt, permissum sibi esse prædari à superioribus. Sed neq; hoc rectè: Nam in omnibus milites superiori parere non oportet, sed in domino, id est, quatenus & quantum Dei voce præcipiuntur: deniq; quicquid fluctuante conscientia fit, pelsimè fit *1. Timoth. 1. vers. 19. & Corinth. 1. cap. 8.* fit enim sine fidè, & idcirco peccatum est *Rom. 14. vers. fin.* Sanè si milites certi † essent de causa belli, humanius versarentur cum illis, apud quos vivunt: sed audimus, proh dolor, non necesse esse, milites de belli, in quo militant, justiciâ certissimè persuasos esse: Nam, ut cum Danæo *d. lib. 2. tit. 13.* respondeam, si de militibus Christianis loquimur, certo certius est, debere eos, si non de singularum belli actionum instrui, certè de totius ipsius belli movendi æquitate, benè persuasos & instructos esse. Nam ubi æquum est bellum & justum, singulæ belli actiones eadem æquitate reguntur, & valent, quâ valent: contra, ubi est iniquum, ait Augustinus, quem refert Danæus *d. loc.* Si bona fuerit causa pugnantis, pugnae exitus malus esse, non potest: sicut nec bonus judicabitur finis, ubi causa non bona, & intentio non recta non præcesserit Bernhard *in præfatione ad milites templi.*

Pœna furti † spiritalis est, mors animæ *1. Corinth. 6. 100 v. 10.* Sanè furtum dicitur esse levè crimen *Prov. 6. v. 30.* Attamen *2. Samuel. 12. v. 5.* dicitur dignum esse morte *Exod. 22. v. 1.* Sic furem nocturnum occidere lex XII. tabb. permittit *l. 4. ff. ad L. Aquil. præsertim si parcere, ei sine periculo suo non potuit l. 9. ad L. Cornel. de sicar.* Pœna novissima † cujus in jure civili fit mentio, statui-

tur.

tur à Justiniano *Novell. 134. cap. 13.* his verbis: Pro furto autem nolumus omninò quodlibet membrum abscindi, aut mori: sed aliter eum castigari.

- 102 Octavum † præceptum tale est; Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium *Exodi 20. &*
- 103 *Deuter. 5.* hoc est: Fugies † mendacium: non deferes falsò aliquem in iudicio: non denigrabis famam ejus extra iudicium: sed veritatem ubiq; profiteberis, & (quando de nullius detrimento tractatur) omnia in meliorem ac benigniorem partem interpretaberis. Ergò hujus præcepti summa est: Debere nos, uti vitam ipsam & conjugia, & bona, sic & famam proximorum tuèri, veritatemq; in omnibus rebus, dictis, & factis nostris colere. Ratio verò quæ dissuadet ne mentiamur aut di-
- 104 camus falsa est † hæc, quod rerum veritatem, quantum in se est, evertit, oppugnatq; mendax: est enim mendacium rerum ipsarum naturæ contrarium: atq; ita ipsi rerum naturæ & sapientiæ, ordinationiq; Dei repugnat.
- 105 Quin & nusquam † & nunquam rura erunt hominum inter se commercia, colloquia, contractus, pacta conventa, si impunè mentiri, fallere, aut falsa dicere licet. Et licet multis alijs modis homines ab hominibus lædantur; imprimis hoc fit sermone & ligna, ut ait Jacob. 3. v. 2. Undè cum hic sit fons iudiciorum & actio- num; hoc injuriæ genus vindicatum est optimis popu- lorum legibus: imprimis à Romanis de hoc scelere, variæ constitutæ & conditæ leges, *lex Cornelia de inju- rijs; lex Cornelia de falsis: Senatus Consultum Divi Claudij: pulchra illa lex diffamari: titulus de calumniatoribus: Si men- sor falsum mod. dixerit: de dolo malo: de judicij: de actionibus: de probationibus: de testibus: de crimine stellionatus:* Sancitur itaq;

itaq; hoc imprimis præcepto omnium judiciorum authoritas veneratio & veritas. Itaq; Rei ipsi & litigantes contra se verum fateri debent, ut Achan *Josue 7*. Neque patroni causarum & advocati debent scientes prudentesq; in judicijs causâq; agendâ mentiri, sed nec falsam atq; iniquam causam tueri: qui secus faciunt advocati, hoc præcepto damnantur, neque verò bona causa & vera ad se tuendam eget mendacio, ut ait Plato.

Pœna † hujus criminis spiritalis est, mors animæ, 107 nisi illi resipuerint *1. Corintb. 6. v. 10. & 1. Timotb. 1. v. 10*. Pœna verò politica, lege Mosis, falsi testis, fuit mors: fuit enim hoc crimen capitale *Deuter. 19. v. 16*. Legibus Romanorum antiquissima pœna falsi testis fuit, ut de saxo projiceretur Alex. ab Alexandro *lib. 6. genial dier. cap. 10*. Recentior deportatio, & omnium bonorum publicatio, vel pro magnitudine negotij sæpè mors indicta *l. 1. §. fin. ff. ad L. Cornel. de fals. & l. ubi C. eod.*

Nonum præceptum tale est: Non concupisces domum proximi tui. Decimum præceptum est: Non desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt *Exod. 20. & Deuter. 5*. Duobus † distinctis præceptis prohibetur 108 mala concupiscentia: ut significetur, Deum internam etiam legis impletionem requirere. Esse autem ultima duo præcepta distincta, vel ex eo putavit Augustinus in *Exod. quest. 71*. quod bis hæc eadem vox repetatur, *Non concupisces*: Non enim sic scriptum est; Non concupisces domum proximi tui, neq; uxorem ejus, neque servum & c. sed sc. distinctè: Non concupisces domum proximi tui: Non concupisces uxorem proximi tui, neq; servum ejus: Ergò duo sunt præcepta, inquit Au-

S
gusti-

gustinus *d. loc.* Et quidem eò pertingit hæc lex, ut ab ætata cordis humani scrutetur, & pravæ illius cogitationes & concupiscentias damnet. Id quod certè alia nulla lex, præter hanc facit, aut sancit. Itaq; ait D. Paulus: Non nossem concupiscentiam esse peccatum, nisi lex dixisset, non concupisces *Roman. 7. v. 7.*

109 Et rectè dicitur: cessare hic ꝑ omnes illas præclaras leges, quæ sunt veluti rivuli ex illis divinis fontibus fluentes. Legumlatores enim, qui pacis politicæq; inter homines stabilicndæ gratiæ leges condiderunt, solam mali concupiscentiam & cogitationem malam nunquam damnarunt, suisq; legibus puniverunt; sed eam ꝑ demum voluntatem, quæ certum animi propositum, certamq; rei malæ agendæ deliberationem cum assensu haberet *l. cogitationis ff. de pæn. l. 1. §. sola tamen ff. de furt. l. impuberem §. sedet si ff. ad L. Cornel. de fals. l. fugitivus de verb. signif.*

III Est igitur hoc discrimen inter Dei & hominum ꝑ legem: Quemadmodum enim Dei justitia longè humanam superat: Sic à Deo lex profecta, longè melior, sanctior, perfectiorq; omnibus legibus humanis est: undè hæc lex dicitur sancta *Rom. 7. v. 12.* & iusta *Rom. 7. v. 7. & v. 12.* & perfecta *Jacob. cap. 1. v. 25.* Quin & pœna ꝑ corporalis & politica huic culpæ & delicto nulla debetur: Animi autem, est mors æterna, quia est peccatum, *Rom. 6. v. 23. & 7. vers. 7.*

Graviter hic etiam depingit Deus noticiam naturalem de conservandâ successione cognatorum & familiarum. Et ne per concupiscentiam carnis corruptæ, simus præduri juris interpretes, ad expilandas, vel in totum transferendas hereditates alienas. Item ne callidi causarum

patro-

patroni ad hoc operam elocent. Pertinent itaq; ad hoc nonum & decimum præceptum præcipuè tituli, *de hereditatibus & successiõibus; de postulando; de procuratoribus; & defensoribus; de advocatis; deniq; omnia scelera & crimina, quæ ob solùm affectum, effectu non secuto, puniri solent l. si quis non dicam rapere C. de episc. & cler.*

Denique cùm lex naturæ hîc prohibet desiderari uxorem, servum, ancillam, jumenta aliena: Ergò probat, secundum naturam esse; quod paterfamilias habeat domum ex omnibus partibus instructam, quique in eâ sit quasi parvus Rex. Confirmat totam † œconomicam vitam. Et profectò, dicit Oldendorpius (*in legibus divinis ad hoc præceptum*) potes vel ex his solis tabulis præclaram civitatẽ constituere. Optimum enim Reipublicæ statum dicit Aristoteles, qui proximè ad naturam accedit. 113

Summa totius legis Divinz.

Christus ait, esse duplicem † hujus legis summam: 114
 Diliges Dominum Deum tuum toto corde, totâ animâ, totis viribus, & totâ potestate tuâ: Item: Diliges proximum tuum sicut te ipsum *Matth. 22. v. 37. & Marci 12. v. 30. Luc. 10. v. 17.* quod etiam traditur *Levit. 19. v. 18.* Dilectio itaq; Dei, & dilectio proximi, duo sunt summa totius hujus legis capita. At dilectio Dei † est tan- 115
 quàm fons & mater ex quâ proximi dilectio, veluti rivus & filia, fluit & procreatur. Itaque primus Deus omninò amandus à nobis est, ut proximus postea diligere à nobis possit.

Pæna & promissio Dei de his præceptis.

Ego sum Dominus † Deus fortis, zelotes, visitans 116
 iniquitatem in tertiam & quartam generationem co-

- rum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia, his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea *Exodi 20*. Undè intelligitur, gravitèr interminari Deum transgressoribus pœnam: & contrà, gratiam promittere observatoribus mandatorum ejus. Quare apparet, maximè secundùm naturam esse id quod Solon dicit,
- 117 duobus potissimùm † rebus constare Rempublicam, scilicet, pœnâ, & præmio. Quæritur autem utrum sic justa pœna, quâ alter pro alterius peccato punitur? quia scriptum est *Ezechia 18. v. 19.* non portabit filius iniquitatem patris: & *Genes. 18. v. 23.* dicitur: perdes nepium cum impio: Respondet Thomas, quem allegat Danæus *d. lib. 2. cap. 8.* alterum pro alterius peccato puniri † pœnâ temporali, non quâ ratione pœna illa est merces & stipendium peccati: sed quâ est medicina majoris mali & periculi. Idq; fieri † triphæi de causâ.
- 118 1. Quia unus homo est res alterius temporalitèr, & carnalitèr, veluti filius est res patris, servus est res domini.
- 119 2. Propter periculum imitationis. 3. Ad humanæ societatis unitatem magis eâ pœnâ commendandam & conservandam facit. Plutarchus ait *in lib. de serâ numinis vindictâ* Uti paternorum debitorum nomine filij heredes obligantur, itâ & pœnarum nomine, quæ in hisce rebus
- 120 corporeis & temporalibus luuntur. Sic filius, patris † ebriosis sæpè pœnam damnusq; ipse fert & patitur: sic leprosi filij, fiunt leprosi, quia corporis patris pars est filius quodammodò. Et licet per se nemo puniatur à Deo pro alio, & sic nec liberi pro parentibus *Ezech. d. loc.* sed quisque pro suo ipsius peccato; omnes enim & singuli homines pravi sunt *Psal. 14.* Veruntamen ut benedictio, itâ & maledictio pendet à voluntate & arbitrio

bitrio supremi judicis, qui in crimine læsæ (per idololatricam & spirituales fornicationem) majestatis suæ divinæ, potest extendere pœnam, quousque libet, præsertim si liberi sive posterii succedunt in peccato, & in contemptu verbi *Jeremia 32. v. 18.* Sic etiam in crimine, † læsæ majestatis humanæ, propter parentum peccata & scelera puniuntur liberi: sunt filij instabiles: privantur omni aditu & gradu ad honores, & illis vita est supplicium, mors solatium. *l. quisquis §. filij C. ad L. Jul. majest.*

C A P U T XX.

De reliquo jure sacro, quod in legibus nostris Imperialibus continetur.

SUMMARIÆ.

1. *Justinianus quare exorsus sit suum Codicem à Summâ Trinitate.*
2. *Fides quarum rerum sit • dicitur catholica & quare n. 3.*
4. *Spiritus Sanctus procedit etiam à Filio.*
5. *Ne sanctum baptisma iteretur.*
6. *De oblatione in baptismo vivâ voce faciendâ.*
7. *Ne sacra communio fiat in privatis adibus.*
8. *Ne litania fiant à laicis sive Episcopis & clericis.*
9. *Ne signum Salvatoris humi pingatur.*
10. *Signum Christi accipitur pro signo crucis.*
11. *Quâ linguâ debeat sacra Scriptura legi.*
12. *Ecclesia quatenus mater fidei sit.*
13. *Locus Ecclesia est sacrosanctus, & quare n. 14. & 15.*
16. *In ecclesiâ commissa scelera gravius puniuntur, quàm alio in loco perpetrata.*

17. *Justinianum fuisse religiosissimum, ostenditur ex ipsius constitutionibus, quas plerumq; invocato Dei auxilio orditur; item, quod fatetur imperium sibi à Deo traditum: nec non etiam ex editâ & repetitâ à se fidei confessione, n. 18.*
19. *Illustre encomium fidei christiana elegans dictum ex edito Justiniani.*
20. *Justinianus quicquid constituit de jure sacro, hoc non fecit vi clam vel precario, sed suo jure.*

Præter leges divinæ tabulæ decem præceptorum, si vè leges morales, adhuc aliæ res sacræ in legibus nostris tractantur ab Impp. Hinc Jurisprudentia, definitur quod sit rerum tam divinarum quam humanarum scientia §. 1. *Instit. de just. & jure.* At ea quidem pars, quæ de rebus divinis tractat, præcipua & nobilissima est. Verum in Digestis ea explicari non potuit, propterea quod scripta veterum Jureconsultorum, qui Ethnici fuerunt, superstitionis potius, quam religiosi præceptis referta fuerunt. Sed Justinianus Imperator religiosissimus, initio sui Codicis, ex Christianorum Principum constitutionibus, Jura de rebus divinis præscribit, à summo rerum Parente, & à fide, ac religione, quæ sc. piè colitur, initio sumpto *tot. tit. C. de Summâ Trinitate, & fide catholicâ, & ut nemo de eâ publicè contendere audeat.* De summâ enim Trinitate, & fide catholicâ, tunc maxime in Ecclesiâ controversia erat, ut quæ humanam cognitionem excedit, cum sit de summâ Dei unitate in tribus personis, itemq; de fide, quæ creduntur, quæ non videntur ad religionem pertinentia: dicitur *fides catholica*, quam catholica & orthodoxa Ecclesia amplectitur; esse nimirum unum Deum in tribus personis, Patre,

tre, Filio, Spiritu Sancto, per omnia æqualibus divinitate, æternitate, majestate, virtute, claritate, gloriâ, substantiâ; Christum esse singularem & unigenitum Dei filium, summæ Trinitatis personam unam, Deum de Deo, lumen de lumine, ut ait *l. 2. C. d. tit.* & inhumanatum utero virginis Mariæ, Deum & hominem, Deum Patri ὁμοούσιον, id est, substantiâ parem, & similiter hominem ὁμοούσιον per omnia nobis, certissimam salutem, redemptionemq; humani generis, ac proinde Mariam virginem, non Christi quasi hominis tantum, sed etiam Dei matrem nominari *l. 5. 6. 7. 8. C. dist. tit.* De Spiritu Sancto quod Imp. ajunt *in l. 2. d. tit.* cum se ex Patre summo rerum Parente & sperare & accipere; eo ipso non negant eum etiam prodire ex filio. Nam & veteres omnes ita locutos esse, licet non negarent, eum prodire etiam† ex filio, nec eâ de re ullum fuisse illorum Imperatorum ætate in Ecclesiâ discrimen, notat D. Cujatius *in paratt. Cod. ad dict. tit. 1. C. de Summâ Trinit.*

DE BAPTISMATE Imperator edidit etiam constitutionem, *Ne sanctum baptismum† iteretur*: propter Donatistas, Novatianos, & alios, qui baptizatos Christianos ab hæreticis rebaptizandos esse docuerunt, id auferentes quod geminabant, ut eleganter loquitur *l. 1. C. Theodos. cod.* Qui itaq; rebaptizant, vel rebaptizantur, in eos poenæ gravissimæ constitutæ sunt, modò hi sint puberes & dolo capaces, putà, infamia, testamenti vel donationis faciendæ interdictione, decem librarum auri mulcta, exilium, & ultimum supplicium *l. 2. & l. 3. b. tit.* Quas leges, ne sibi invicem contrarientur, ita conciliat Wefenbecius *ad tit. C. Ne sanct. bapt. iter. num. 8.* ut ultimum supplicium de exilio & deportatione accipien-

dum.

dum sit; quæ conciliatio nititur auctoritate *l. capitalium circ. princ. ff. de pœn.* ubi deportatio summi supplicij species esse dicitur. Cætera quæ huc spectant, exposui *ad Nov. 144.* De oblatione in baptisate † viva voce faciendâ, agit Imperator *in Nov. 137. n. 10. & Nov. 146. n. 3.* ubi utrobique dixi.

De SACRA COMMUNIONE sancit Imp. *Nov. 58.* ne communio † sacra fiat in privatis ædibus, non adhibitâ auctoritate Episcopi. Eandem prohibitionem Imperator repetit magisq; declarat *Nov. 131. cap. 8.* ubi vocat Ecclesiasticam *λατρηϊαν*: In *Nov. 137. in pr.* vocat sacram oblationem. *Dixi latius de his ad Nov. 8.*

De LITANIIS sancit Imperator *Nov. 123. cap. 31. 32.* ne litanie † h. e. rogationes sive preces publicæ & solennes, faciant laici sine Episcopis & clericis; deinde, ne sanctæ cruces quæ ibi præportantur, alibi reponantur quàm in Sacristiâ sive in loco sacro; *Dixi ad Nov. 123. num. 28. & seqq.*

Fuit etiam Justiniano diligens cura per omnia superni numinis religionem tueri: Hinc constituit, *Nemini licere signum † Salvatoris Christi humi, vel in silice, vel in maxillæ, aut in sculpe, aut pingere l. unic. & tot. tit. 8. lib. 1. C. codi.* Signum Christi interpretatur Accursius *d. loc. pro signo † crucis;* cum & veteres signum Domini nostri Jesu Christi pro crucis imagine acceperint. Et signum Christi nihil aliud esse, quàm crucem Christi, apparet ex *Nov. 5. ibi, figens in eo salutis nostræ signum.* Sanè signum Christi, id est, crucem, non omninò inculpi aut pingi vetat Imperator, sed tantùm humi; ne à prætereuntibus conculcetur. *Dixi ad dict. tit. 8. C. lib. 1.*

De sacrorum librorum lectione, utrum in hebraicâ solum, an & in aliâ linguâ sint legendi, definit Imperator

tor

tot Nov. 146. In lectione nimirum ꝑ sacrorum librorum, II
 non solum hebraicâ linguâ utendum esse, sed græcam
 etiam assumendam; neque hanc tantum, sed etiam
 omnem aliam linguam, quæ sit nota & familiaris audi-
 toribus, pro ratione cujusq; loci, sive quæ à populo in-
 telligi possit; de quo dixi *ad dict. Nov. 146. n. 1. & 2.*

Juris sacri pars etiam sunt Ecclesiæ, & res Ecclesijs
 sacratæ, ac sacrata privilegia, de quibus Imperatores
 itidem jura constituerunt *tot. tit. C. de SS. Eccl.* In SS. Ec-
 clesijs exercetur vera religio, & piè colitur Summa Tri-
 nitas. Undè & Ecclesia ꝑ mater fidei dicitur *l. jubemus* 12
l. decernimus C. de SS. Eccl. quatenus nimirum docet ve-
 ram fidem & verbum Dei, quo regeneramur, adedque,
 quatenus in eâ nascuntur fideles per baptismum, &
 aluntur prædicatione verbi divini, & distributione
 Sacramentorum. Externa autem forma consistit in
 ipsâ structurâ. Locus, in quo Ecclesia ædificatur, fit sa-
 cro sanctus, ꝑ ut in rubricâ dicitur. Dicitur sacer, quia 13
 ꝑ Deo dicatus & sacratus est *l. 2. §. 2. de rer. divis. §. sacra* 14
Instit. eod. Sanctus ꝑ dicitur, quia sanctionibus Impera- 15
 torum ab injurijs hominum eximitur & defenditur *l.*
sanctum. cum. l. seq. ff. de rer. divis. l. 1. & seq. ff. Ne quid in lo-
co publ. nam scelera in Ecclesiâ ꝑ admissa gravius & se- 16
 verius puniuntur *Auth. sed novo C. de Episc. & cleric.* ubi
 capite puniendus esse dicitur, qui sacra ministeria tu-
 multu excitato vel injuriæ illatione turbat.

Hinc videre est, quàm religiosissimus Imperator
 Justinianus fuerit, qui non tantum Dei immortalis auxi-
 lio implorato plerasque constitutiones suas orditur,
 quo solo ad omnia consilia, omnesque actus semper
 rectè progredimur *l. 2. in pr. C. de offic. pref. prator. Nov. 80.*

T in pr.

in pr. Nov. 85. in prefat. & passim alibi: sed & à cœlesti ma-
 17 jestate imperium † sibi traditum l. 1. C. de vet. jur. enucl.
 de cœlo datum Nov. 73. in prefat. §. 1. & à supernâ colla-
 tum clementiâ asserit Nov. 6. in pr. qui est lex animata, vi-
 ces Dei gerens Nov. 105. cap. 2. in fin. & ibi gl. Hic etiam
 18 ad aliorum exemplum, extare voluit suam fidei † con-
 fessionem, & quidem aliquoties repetitam; non tantùm
 enim eam Codici suo inseruit l. cum recta 5. & 3. seqq. C.
 de sum. Trinit. verùm etiam Novellis atq; Edictis suis
 eandem iteravit. Videatur Nov. 132. quæ apud Haloan-
 drum inscribitur Edictum de fide Constantinopolitanâ: vul-
 gò autem, de interdicitis collegijs bareticorum; apud Cuja-
 tium, de bareticis: ex quâ Novellâ, præter alia, notan-
 19 dum est illustre encomium Christianæ † fidei: *cujus*
confessionem vera & immaculata, ait, primum & maximum
esse bonum omnibus hominibus. Idem etiam Imperator
 edicto benè longo confessionem fidei complexus est,
 & refutationem præcipuorum hæresum, quæ catholi-
 cæ Ecclesiæ Dei advertantur, maximè circa doctrinam
 de personâ Christi: quod edictum extat in editione No-
 vellarum Juliani, cujus initium est, *scientes, quod nihil aliud*
sit &c. ex quo notanda est illa præclara sententiâ: *Nihil*
 20 *esse aliud, † quod sic possit placare misericordem Dominum,*
quàm si omnes Christiani unum idemq; sapiant, in rectâ & im-
maculatâ fide, nec sint. dissensiones in sanctâ Dei Ecclesiâ.

Neq; dubitandum est, quicquid Justinianus in suis,
de jure sacro, constitutionibus promulgandis fecit, cum,
 suo jure hoc fecisse, & ipsius exemplo posse alios etiam
 Principes de jure sacro aliqua constituere aut edicta
 promulgare; ut ità Fachineus lib. 8. *controv. c. 1.* audien-
 dus non sit, qui obscure ibidem arguit, quasi vi, clam
 & pre-

MILITIS POLITICI ET CHRISTIANI. 139
& precario illam potestatem circa res sacras condendi
leges exercuisse.

CAPUT XXI. & ULTIMUM,

Continens

Collationem Vasalli & Militis christiani,
cum vasallo & milite Politico; ex
jure divino, & jure feudali.

SUMMARIA,

1. Homo omnium creaturarum nobilissima.
2. Deus magno discrimine creavit hominem & cætera animalia.
3. Homo constat animâ & corpore: non est sui corporis dominus num. 4. sed Deus num. 5.
6. Eihen dicitur à verbo Eihen.
7. Investitus & investiens quomodo in jure feudali vocentur.
8. Homines sunt milites christiani: & vita hominis est militaria, quod ostenditur num. 9. Sunt etiam vasalli Dei num. 10.
11. Juramentum fidelitatis præsupponit dominiam.
12. Hominum quid sit, & undè dicatur: & quid sit, hominem alicujus fieri.
14. Vasalli christiani investuntur in baptismo aquâ & spiritu: & obligantur ibidem Deo mutuâ obligatione.
15. Homo christianus recognoscit vitam suam jure feudi regalis; & est Dei vasallus ligius n. 16. & quid sit feudum ligium num. 17.
18. Ligius sive homologus nemo potest esse duorum.
19. Deus concessit nobis hominibus feudum camera & cavena.
20. Quia homines sunt vasalli ligij, idcirco etiam soli Domino feudi regalis supremo inservire fidelitèr debent.

21. *Fidelis dominus, fidelis servus.*
22. *Aliquando nos homines committimus feloniam, unde etiam divestimur, quocirca oportet nos renovationem investitura siue gratia divina à domino feudi Deo nostro petere: & tunc revestiti restituimur in pristinum jus vasallagij, jure postliminij n. 23.*
24. *Vita non est, nisi quando beatè & pie vivitur.*
25. *Ne vita nostra proprietas Domino feudi Deo sit inutilis, oportet nos bonos fructus facere: non enim habemus feudum francum num. 26.*
27. *Vasallus politicus, uti reipsa debet domino suo fidem & reverentiam; ita & christianus vasallus & miles, Deo suo fidem non sicutam exhibere debet: sin minus, dicitur committere feloniam, & punitur, at hic longè gravius, quàm ille n. 28. quod declaratur n. 29. & 30.*
31. *Natura est, interire corpus: at animam morti, infelicitatis extrema est. Anima itaq, ante omnia habenda est ratio num. 32. quia est quavis re pretiosior num. 33.*
34. *Mitemus fidelitèr Domino Seniori nostro caelesti bonam militiam, ut in aeternum triumphemus & num. 35.*
36. *Christiani milites ne discedant ab armis contra hostem, quia ille nunquam cessat num. 37. Christiani animus nunquam sit inermis num. 38.*
39. *Precatio christiani quid valeat apud Deum, & qualis esse debeat num. 40. 41. 42.*

Non puto rem ingratam me fecisse lectori, quod pro conclusione discursus de collatione juris divini cum humano, placuerit subijcere collationem vasalli & militis christiani, cum vasallo & milite politico, ex jure divino & jure feudali.

Rectè & verè dixit Poëta: *Vita hac mansipio nulli datur,*

MILITIS POLITICI ET CHRISTIANI. 141
eur, omnibus usu. DEUS enim liberrimâ voluntate per
Filium suum IESUM CHRISTUM, in SPIRI-
TU SANGUO, res omnes, quæ factæ sunt, condidit;
inter quas HOMO omnium creaturarum † est longè 1
nobilissima & præstantissima.

Quia DEUS Hominem, non tantùm sicut cœtera
animantia creavit; sed unâ † cum corpore, etiam ra- 2
tionalem & immortalem animam ei addidit; adedq; ad
imaginem suæ similitudinis formavit Hominem.

Est igitur Homo prodigiosum quoddam animal,
ex duabus tribusvè partibus multò diversissimis com-
pactum, ex ANIMA, veluti Numine quodam, & † 3
CORPORE, tanquàm mutâ pecude: siquidem cor-
pore usque aded reliquo brutorum generi non præsta-
mus, ut omnibus ejus dotibus inveniamur inferiores.
Secundùm animam verò, aded divinitatis sumus capa-
ces, ut ipsas etiam angelicas mentes liceat prætervola-
re, & unum cum Deo fieri. Si tibi corpus additum non
fuisset, numen eras; si mens ista non fuisset indita, pe-
cus eras. *Erasm. in enchiridio militis christiani tit. de homine
exteriore & interiore.*

Non itaq; Homo est vitæ & corporis sui dominus;
nec potest se ipsum lædere, † & occidere. Hinc etiam 4
est, quod DEUS prohibet in genere, *occidere hominem.*
At qui se occidit, hominem occidit.

Verus autem proprietarius directus ac supremus
Dominus vitæ & corporis est DEUS † creator cœli 5
& terræ: qui ejus usum saltèm pro divinâ suâ volunta-
te & beneplacito nobis ad tempus concessit, *hat es vns
nur vbergeben zum Leben*; quod vocabulum dictum est
à verbo *Leihen* / † quo significamus concessionem rei 6
saltèm ad usum aliquem.

Sic videmus etiam, Homines plerosq; liberam rerum suarum temporalium administrationem habentes, concedere earum usumfructum alijs per investituram feudalem, idq; sub conditione fidei: cujusmodi investiti in jure feudali vocantur, MILITES, VASALLI, item FIDELIS, † à fide, quam Domino debent, ex quo illud Germanorum *Lieber Gerecht*. At concedens plerumque appellatur DOMINUS, itemque SENIOR.

Sanè nos HOMINES cum masculi tum foeminae verè indigitamur & sumus etiam MILITES, prout JOBUS miles longè exercitatus, & invictissimus, vitam nostram definit † MILITIAM.

Sicut enim Milites politici ab Imperatore, sive supremo belli Duce, certo loco, certo ordini, & certo tempore destinari, stando & excubias agendo, † hostem præstolari & adoriri debent: Ità etiam christiani Milites à DEO in hac terrâ certo loco & tempore ordinati, semper stationarij & vigilantes, ordinisq; sui observantissimi, hostem expectent, & in virtute DEI SPIRITUS SANCTI eundem superent.

Profitemur quoq; jure nos Vasallos DEI, quia, uti modò dictum, vitam & omnia nostra ab illo jure fendi accepimus & habemus. Arguit hoc imprimis juramentum fidelitatis & subjectionis (quod civiliter & politicè quoq; dominium † præsupponit) præstitum a nobis, quando vivifici lavacri mysterijs initiati, nomen nostrum DUCI CHRISTO dedimus, & impresso fronti nostræ Crucis caractere, nos sub illius signo fideliter militaturos toto tempore vitæ nostræ, stipulatò & juratò promissimus.

Fides

Fides illa sive fidelitas, quam politicus Vasallus pollicetur suo Domino, vocatur etiam Hominium: quæ vox deducitur ab homine. † Et hominem alicujus fieri, idem est, quod subijci ei tanquam Vasallum. † 12
Einco seine Leut oder LehenLeut seyn. 13

Ita nos Christiani Milites & Vasalli, investiti solennitèr aquâ & Spiritu in baptismo † reddimur DEI 14
 Homines, quia fidem & obedientiam ei promisimus: & tenetur uterque sibi invicem mutuâ obligatione,
dann wir werden seine Leut / kein Boldt vnd Eigenthumb;
vnd Er wil vnser Gott vnd Herr seyn.

Vasalli itaq; DEI, & fideles sumus, **Seine Liebe Gestrwen:** Nec sanè minorum gentium dicendi Vasalli: Recognoscimus namq; vitam & animam nostram jure feudi Regalis; † à summo cœlesti Domino; undè sumus *Capitanei* (ceu capita quædam & vertices eminentes inter alios Vasallos) non alicujus summi politici Regis vel Principis, sed cœlestis illius Domini, & Domini dominantium; quo loquente, expavescit cœlum, & contremiscit terra. 15

Sumus etiam DEI † *Vasalli & homines ligij*, (Dicitur *feudum ligium*, † quod Vasallum arctissimè liget Domino suo, adversus omnes homines, totali subjectione.) Promisimus namq; fidem & subjectionem ei, qui in cœlo & terrâ neminem neq; de facto, neq; de jure, recognoscit superiorem, & quidem promisimus contra omnes, nemine excepto; imprimis contra insensissimum totius generis humani hostem Diabolum, ejusq; assectas & socios infernales. Quid enim conveniat luci cum tenebris? Et valet hîc, quod in Sacris traditur: *Neminem posse duobus Dominis servire*: quia plurimum, quàm

- 18 quàm unius, † homo ligius sivè homologus quis esse non potest h. e. ligium habens Dominum unum, alium, eodem jure habere nequit. Præterea Dominus & Senior noster, pro divinâ suâ benignitate præbet nobis ad nostram sustentationem ex divite sua camera sivè ærario & cellario, necessaria alimenta, tam spiritualia quàm corporalia, ne egeamus & pereamus. Feudistæ
- 19 nominant feudum *Camera* † & feudum *Cavens*. Hæc feuda quoq; dicuntur feuda *Soldate*, ab antiquo vocabulo germanico *Sold*, quod stipendium significat, dari solitum pro fide & servitijs; Germanicè em *Cammer* *Lehen*.

Soli itaq; Domino Deo & verè Seniori nostro, accepta ferimus bona nostra omnia & singula, quibus utimur, fruimur; omnia reliqua ab eodem expectantes.

- Quandoquidem ergò sumus DEI Vasalli & homines ligij, die wir allein vnserm Himlischen HErrn zu dienen vns versprochen haben/wider menniglichen/niemand aufgeschlossen/ quapropter etiam in id sedulo & unice nobis
- 20 incumbendum est, † ut ipsi soli serviamus in sanctitate & justiciâ; ne peccando DEUM nobis faciamus inimicum, & Diabolum contra constituamus Dominum: nevé ingrati desciscamus à Domino cœlesti tam benigno; & contra mancipemus nos infernali illi turpissimo crudelissimoq; Domino. Scilicet, uti fidelis Do-
- 21 minus, † ita etiam fidelis sit Vasallus; ex quo illud nobis Germanis tricum, *trew Herr/ trew Knecht*.

Verùm cùm, proh dolor, in medio vitæ cursu per Diaboli astutiam & sœvitiam aliquid sæpè accidat, quod est indignum Vasallo & milite christiano, quodq; gratiam Domini tollit: adeoq; *feloniam* committimus: ut de-

ut devestiri mereamur, quando nimirum ingratis-
 pactam illi fidem non præstamus, sed sanctissimis cœ-
 remonijs ictum in baptisate foedus nephariè solvi-
 mus; exindè necesse habemus toties *renovationem in-*
vestitura sive gratiæ divinæ à † DEO petere: quod 22
 fit, quando exemplo Davidis, Petri, & aliorum, rever-
 timur ad frugem meliorem, peccata commissa seriâ cor-
 dis contritione dolemus, & desuper salutari coenâ Sal-
 vatoris nostri JESU CHRISTI, in confirmatio-
 nem fidei nostræ utimur. Revestiti & recepti hoc mo-
 do, in pristinum jus Vasallagij, sive in pristinam condi-
 tionem & dignitatem, † *jure postliminij* restitui-
 mur; 23
 Neque fribusculum illud sive temporaria illa mutatio
 turbat gratiæ & benignitatis divinæ harmoniam.

Sed quoniam vera vita non est, † nisi ubi feliciter 24
 vivitur; ideò ne proprietas Domino sit inutilis, nec
 vita nostra infructuosa, oportet nos homines tanquàm
 Vasallos, bonos fructus, † hoc est, bona opera face- 25
 re. (Non enim habemus *feudum hoc francum*, † vel 26
liberum à bonis operibus & servitijs.) Sic namq; fru-
 ctus nomen in sacris literis frequentè usurpatur, pro
 operibus; & ipse Christus, vel etiam Apostoli ipsi,
 quoties nos ad agenda bona opera exhortantur, ferè
 semper verbo, *fructus*, uti solent: ut apud Matthæum;
 Facite fructus dignos poenitentiam.

Sicut itaq; Vasallus politicus frustra fidem & reve-
 rentiam jactaverit, si non reipsâ eam declaret præsta-
 tione servitorum & operarum, quæ ex debito obse-
 quio & reverentiâ, tanquàm ex fonte profluunt: ità
 etiam Christianus † Vasallus fidem suam per charita- 27
 tem ergà DEUM & proximum realiter demonstra-
 bit.

V

Quod

Quod si autem Vasallus politica debita servitia & operas Domino feudi proterviter & malitiose non exhibeat, vel in personam illius enormiter delinquat & peccet, tùm dicitur committere *feloniam* (quæ vox latinis significat scelus, germanis in *Schelmstück*) & de-vestitur iterùm, alijsq; legitimis pœnis subicitur.

Quin etiam Christianus Vasallus qui cum vitijs perpetuam pacem inivit, & cum DEO in baptisate, 28 percussum fœdus violavit, adedq; infidelis † & perjurus factus, ob feloniam dolo malo commissam de-vestitur & punitur. Sed certè hic longè gravius, quàm ille.

Dominus feudi namque politicus, ut sit violentif- 29 simus, in fortunas & in corpus saltèm sævit. † Quid enim amplius in Hectorem potuit crudelissimus victor Achilles? At hic in immortalem tui partem sævitur. Neque cadaver tuum circum sepulchrum trahitur, sed 30 corpus paritèr atque anima ad inferos demergitur. † Illic extrema calamitas, ut animam à corpore victor gladius auferat; hic ipsi animæ sua vita eripitur DEUS. Naturæ est interire corpus; quod etiam si nullus occi- 31 dat, tamen non emori non potest. † At animam mori, infelicitatis extremæ est.

Quia itaq; Animæ ante omnia habenda † est ra- 32 tio; (ipsa enim quævis re † pretiosior est:) idcirco 33 militemus fidelitèr & strenuè Domino & Seniori no- 34 stro † cœlesti, donec in hoc nostro corpore militamus; militemus bonam militiam, ut invictâ patientiâ puræ ac victrices animæ ad DEUM, id est, ad originem suam revertantur, & de hostibus, defunctæ hæc ter- 35 restri militiâ, † victoriam ex certamine reportent & in æternum triumphant.

Simi-

Similem in modum, qui *Togata militia* sua nomina dederunt, non sint ignavi socij, nomen militis sine omine, utrum sine re, umbram sine corpore ferentes & circumferentes; sed ita militare debent, ut devoratis laboribus & molestijs, præmia virtutis & honoris ambire dignè possint. Nam uti in *armatâ militiâ* nemo, etiam exercitatissimus, præmia consequitur, nisi artis & virtutis suæ publica eaq; eximia ediderit specimina & documenta: ita quoq; in *togatâ militiâ* nemini etiam notoriè experto, decernuntur publico præconio præmia, nisi qui præter vitæ integritatem etiam eruditionem suam examine uno atq; altero comprobaverit; atque hoc ipso se dignum ostenderit, qui in publicam prodeat palæstram, & Virtutis reportet lauream.

Sed ut tandem claudam hunc discursum *de milite Politico & Christiano*; meminerimus Christiani milites, donec in corpore militamus, ne digitum † quidem, ut 36
ajunt, transversum ab armis discedamus. Nunquam non standum pro castris, nunquam non excubandum, quia nunquam † cessat hostis noster. Imò cum tran- 37
quillus est, cum fugam aut inducias simulat, tùm vel maximè molitur insidias, neque unquam cautiùs excubias oportet agere, quàm cum pacis speciem exhibet. Ergò summa Christiani cura sit, ne inermis † sit ani- 38
mus. Semper armatos esse vult Christianos, Paulus, qui sine intermissione jubet orare. Precatio pura in-
coelum subducit † affectum, arcem videlicet hostibus 39
inaccessam. Sic precationis armis pugnat cum hostibus Moyses, sed manibus in altum sublatis. Quas simul atque demiserat, fit inferior Israel. Moyses nul-
lam edebat vocem, & tamen audiebat, quid clamas ad

40 me? Non strepitus † ille labiorum, sed ardens animi
 votum, tanquam intentissima quæpiam vox ferit aures
 divinas. Nulla tam vehemens hostium impressio, id est,
 nulla tam valida tentatio, quam ardens sacrarum litera-
 rum studium & precatio non facile retundat, nullà tam
 tristis adversitas, quam non reddat tolerabilem. Er-
 41 gò si te totum precatìoni † & studio scripturarum de-
 dicabis, si in lege Domini mediteraberis die ac nocte,
 non timebis à timore nocturno, sive diurno, sed ad
 omnem hostium insultum munitus atque exercitatus
 eris, & tantum fore confides, ut te victorem Imperator
 noster CHRISTUS, in suam civitatem Hierusalem
 transferat ovantem, ubi nullus omninò bellumultus;
 42 sed pax immortalis † ac perfecta tranquillitas, cum
 interim omnis spes salutis in ferro sita sit; *Sunt verba,*

*Erasmi Roterodami in Enchiridion militis christiani,
 sub tit. de armis militia christia-
 ne in fin.*

Laus & perennis gloria, Deo, Patri &
 Filio, Sancto simul Paracletò in seculo-
 rum secula Amen.



INDEX RERUM & VERBORUM.

Prior numerus caput, posterior numerum marginalem capituli indicat.

A.

Adulteri pœna spiritalis & corporalis 18. 83.

Advocati non debent mentiri 18. 107.

Æquitas opponitur juri scripto 2. 2. est duplex 3. 3. versatur circa res jure non decisas 3. 4. 5. 7. 8. supplet defectum legis 3. 9. eluces in tribus articulis 3. 23.

Æquitatis ratio quando & quomodo à judice habenda 3. 16. ejus usus hodie magnus 3. 17. 18. 19.

De asylu homicidarum 19. 107.

Animam mori, extrema est infelicitatu 21. 31.

Ædilitium jus quid 16. 4.

B.

Benigniora in dubio semper sunt sequenda 3. 21.

Bruta jure non utuntur 9. 14.

Baptisma sanctum ne iteretur 20. 7.

In baptismo oblatio viva voce facienda 20. 7.

C.

Casus pro amico non dantur 6. 9.

Causa nibil aliud sunt quam ipsa principia 8. 3.

Causa juri quæ sit 8. 4.

Clausula ipso jure & ipso facto, quomodo intelligatur 1. 42.

Commutativa justitia quid & unde dicatur 6. 15. & seqq.

Concubinatus de genere permissorum est 4. 5.

De Constitutionibus Principum 15. 1 & seqq.

De consuetudine 18. 1. & seqq.

Contractus quomodo partim juri partim facti sint 1. 24.

Concupiscentia prohibetur 19. 109.

Christiani precatio quid valeat apud Deum 21. 39.

Codex unde compositus 17. 4.

Christi signum accipitur pro crucis signo 20. 10.

D.

Delicta partim facti, partim juri 1. 28.

Deum esse omnes gentes norunt 19. 11.

Distributiva justitia quid & unde dicta 16. 12.

Deus magno discrimine creavit hominem à bestia 21. 2.

Dotus accedens contractui, annullat contractum 1. 44.

Duces & marchiones hodie quales sint 12. 18.

E.

Ethnici quatenus Dei voluntatem noverint 19. 8.

I N D E X

Effectus eorum quæ sunt sui juri 1. 35. & quæ facti sunt 1. 38. legû 12. 16.
Exempla tibi dicitur aliquid fieri ipso jure 144.

Ecclesia locus est Sacrosanctus, & quare 10. 12.
Ecclesia mater fidei quatenus sit 20. 12
In Ecclesia delinquens, gravior punitur 20. 16.

F.

Facti vocabulum quibus opponatur 1. 5. & seqq.

Factum vel est repentinum, vel tractum temporis habens 1. 19. non recipit divisionem, & quæ ejus sit ratio 1. 41.

De feriis 19. 39.

De furti pœna 19. 101.

Fidelis Dominus, fidelis servus 21. 21.

Facti quæ, dicuntur naturalia 1. 33.

G.

Gens nulla est, tam fera, quæ non sciat Deum esse 19. 11.

De genere permissorum, constitutorum, & prohibitorum quæ sunt 4. 4. & seqq.

H.

Homicidij pœna 19. 69.

Honorandi parentes 19. 38. & seqq.
senes, magistratus 19. 53.

Homines sunt ligij Vasalli Dei 21. 20.
constant anima & corpore: nõ sunt sui corporis domini sed Deus 21. 3.

Homini quid sit, & undè dicatur & quid sit hominem alicujus fieri 21. 12.

Homo recognoscit vitam à Deo jure feudi regali, & est Dei vasallus ligius 21. 15.

I.

Jus in artis formam redactum 8. 5. & seqq.

Jus civile ex decalogo deducitur 19. 1.
Jus gentium 10. 3. & seqq publicum 7. 3. & seqq. privatam 7. 9. est triplex 11. 2.

Jus esse, & esse juris, quomodo differant 1. 17.

Jus Romanum ad rationem propius accedit quam cetera jura 3. 11. non consistit in sola cognitione sed etiam actione 5. 1.

Juris variae significationes 2. 1. & seq.
Iustitia quatuorplex & quot ejus species 6. 2. & seqq.

Ipso jure quæ nã venire dicantur 1. 45
Iudex judicare debet secundum leges 6. 10.

Iudicij decretum, juris habet auctoritatem 3. 12.

Iurare an & quatenus liceat 19. 16.

Iuramenti formula qualis esse debeat 19. 19. undè æstimanda 19. 20.
Interpretatio legum quomodo facienda 12. 12.

Iureconsultorum auctoritas hodiè saltem probabilis 15 5.

Iustinianus Imperator quare Codicè suū exorsus à summa Trinitate 20. 1.

L.

Legibus singulis constat sua æquitas 3. 1.

Lex

RERUM & VERBORUM.

Lex quotupliciter accipitur in jure
 12. 1. *constituitur de iis quæ ut plurimum*
accidunt 12. 5.
Lex a Deo quid complectatur 19. 2.
 & seqq.
Legu benignius interpretanda 17. 7.
 & seqq.
Leges a iudice differentia 12. 15.
De legum duratione 12. 17.
Lex a Deo data complectitur religio-
sam vitam & disciplina civile 19. 2
Lingua quæ debeat sacra scriptura
legi 20. 11.
De litaniis 20. 8.

M.

Marito licet adulteram interficere
 19. 64.
Mandata Principum quid 15. 16.
Magistratum edita 16. 1.
Mutatio legis non præsumitur, 18. 12.
Magistratus unde promanarunt 19. 43
Mæchari prohibentur etiam milites
 19. 76.
Milites debent esse certi de causâ
belli 19. 100.
De militia politicâ, & Christianâ
 21. 1. & seqq.

N.

Naturalia quæ facti sunt 1. 34.
Natura est, interire corpus; 21. 31.
Ne sanctum baptismate teretur 20. 5.
Ne signum Salvatoris humi pinga-
tar 20. 9.

O.

De origine juris civilis 11. 8. & seqq.
Objecta juris quæ 7. 11.

Origo plebisciti 13. 1.
Oblatio in baptismo viva voce faci-
enda 20. 6. P.
 possessio rei legata non transit ad le-
gatarium sine naturali appre-
hensione 1. 36.
Præcepta juris tria 4. 1. & seqq.
Principia juris qualia 8. 8.
Plebs a populo differentia 13. 1.
Plebiscitorum origo & effectus 14. 1.
 & seqq.
Privilegium quid, ejus species, quibus
competat ius dandi privilegia 17.
 17. & seqq.
Præceptum primum & maximum
quod sit 19. 15.
Pœnâ dignus est, qui dubitat, utrum
Deus sit honorandus 19. 13.
Pragmatica sanctio quid 15. 17.
Pejerat ille qui non facit, quod jura-
vit facere 19. 22.
Perjuratorum pœnæ quæ 19. 23. & seqq.
Patrius & matris appellatione qui
contineantur 19. 41.
Parentes honorandi 19. 44.
Parentum officium in castigatione
liberorum 14. 48. & 67.
Parentes etiam debent honorari à
militibus 19. 50.
De promissione quam Deus quarto
præcepto adnectit 19. 50.
Parentem percutientis pœna 19. 51.
 & 52. ubi de parricidij pœnâ.
Pœna Talionis 19. 61.
Præceptoribus licet discipulos casti-
gare 19. 66.

Præ-

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Præcepti septimi summa 19. 91.
De pœna furti 19. 101. *mendacij* 19. 108.
Circa præceptum nonum & decimū
cessant leges civiles 19. 100.
Pœna & promissio Dei de decem
præceptis 19. 115.
Patris iniquitatem an & quatenus
debeat portare filius 19. 117. & seq.
Proportio duplex arithmetica &
geometrica, quod illustratur 6.
 11. cum seqq.

Q.

Quæstio de jure & factis 1. 1. cum
 seqq. de jure scripto & æquo bo-
 no, utrum præferendū 3. 1. & seqq.
Quenam sint partim facti, quenam
juris 123.

R.

Responsa prudentum initio fuerunt
jus non scriptum 17. 2. *qualem*
authoritatem hodie habeant 17. 5.
Religio erga Deum est juri gentium
 19. 12.
Religio qua sit sincerior 19. 14.
Religioni standum est 19. 27.
Respublica constat pœna & præmio
 19. 116.

S.

Sanctificare quid 19. 31.
Sabbatum quid 19. 23. *quomodo ob-*
servandum 13. 32.

Sanctio pragmatica quid 15. 8.
Servi civilium sunt expertes 1. 39.
Seipsum ledere non licet 4. 13.
Senatusconsultum quid 14. 1. *esse-*
ctus 14. 2.
Subjectum juris quodnam sit 7. 1.
Solum id in jure præcipitur quod bo-
nestum est 4. 11.
De status Imperatorum 19. 74.
Solutio partim facti, partim juris
 1. 27. T.
Testamenti factio est de genere per-
missorum 4. 6. *est juris publici* 7. 7.
Tabula prima & secunda summa
 19. 4.
Testimonium falsum dicere prohibet
Deus 18. 103.

V.

Vasalli Christiani investiantur in
baptismo aquâ & Spiritu 21. 14.
Vasallus ligius nemo potest esse
duorum 21. 18. *De Vasallo politico*
 21. 27.
Vita non est, nisi quando bene vivi-
tur 21. 24.
Vita nostra proprietas Dei est. 21. 25.
Vsufuctus est ipsum jus, perceptio
fructuum est facti 1. 29.
Vsucapio sive præscriptio non contra-
riatur primo præcepto 129.
Vstium in jure quid sit.

F I N I S.



1
MATTHIÆ STEPHANI Jcti,
& Antecessoris in Academia
Gryphiswaldensi,

TRACTATUS,
DE JURE
PATRONATUS:

in duas partes tributus:

Quarum I. est de Jure Patronatus Ec-
clesiarum: & beneficiorum Ecclesiasti-
corum:

II. De Jure Patronatus Academiarum,
& Scholarum inferiorum:

Quibus universa juris patro-
natus materia, hinc indè dispersa, methodicè per
varias utilissimas quæstiones & decisiones
plenè explicatur.

*Cum Summariis, itemq, Indice, tum Capitulum,
tum rerum & verborum.*

G R Y P H I S W A L D I Æ
Exscriptus typis heredum Johannis Albini,
Anno M DC XXXI.



Nobili, Strenuo & Clarissimo
V I R O,

DN. J O A N N I
FRIDERICO *Brigke*/
Juris Utriusq; Licentiato: & Impera-
torij exercitus, sub Illustri PERUSINO Regimine
Capitaneo & Schulteto; Fautori suo
plurimum observando,

S. P.

DE Jure Patronatus
Ecclesiastico tractatum
me editurum, nuper spem feci in
præfatione præfixâ Commenta-
rio ad Novellas Justiniani Impe-
ratoris. Quamvis enim adhuc funestis & exitia-
libus bellis, proh dolor, conflictemur; Ego ta-
men, spe melioris Fortunæ arrectus, in Academiâ
commisâ, persisto in statione, nec in Musas ullum
Marti, ex Dei gratiâ, triste imperium concedo.

A 2

Ejus

Ejus rei sit certum indicium præsens tractatus, de
Jure Patronatus, methodicus.

Sanè non ignoro, plerosq; alios Jctos idem
argumentum ex parte antehac tractasse: Quia
tamen nec singuli omnia, nec omnes singula
quæ huc pertinere videntur, explicasse existima-
rem; nec, quod vulgò dicitur, de rebus bonis
& utilibus unquam satis dici possit; idcirco ego
etiam de illo ipso jure patronatus, tam Academia-
rum, & aliarum Scholarum inferiorum, quam
Ecclesiastiarum, & beneficiorum Ecclesiastico-
rum, justâ methodo sive ordine, in communem
utilitatem, quædam commentari volui.

Quia autem veteri consuetudine institutoq;
majorum sit, ut qui scripta sua in apertum refe-
runt, ea aliis claris & doctis viris inscripta emit-
tant: atq; ut hæc illorum virorum splendore
etiamnum ornantur; sic eorum nomen vicissim
horum lumine illustratur: Quapropter Tibi vir
verè nobilis, Strenue, Clarissime, fautor obser-
vande, hoc quidquid est studij dicare volui, pro-
pter beneficia à te in me collata; dùm à me nul-
lum majus aut certius meæ in te observantiæ mo-
numentum proficisci poterit. Neq; enim Musæ
ingratæ esse, aut beneficij immemores consueve-
runt; sed benè meritis gratiam cumulatè persol-
vunt.

vunt. **Quin** & audet hic liber Tuum sibi nomen inscribere, quia belligerandi artem non solum calles; verum etiam propter insignem in jure eruditionem, **LICENTIATI** titulo, tuo merito gaudes & frueris: undè & de hisce meis lucubrationibus ipse rectè judicare potes.

Accipe itaq; **Vir Nobilis, Strenue & Clarissime DN. LICENTIA TE**, munusculum hoc literarium sive chartaceum, strenæ loco, meumq; erga Te affectum & observantiam exindè cognosce.

Deum ter Optimum Maximum oro, ut & patrimonium tibi fortunet, & gloriam æternam, vitamq; tranquillam impertiat.

Vale, & Salve ab eo, qui isto succisivi temporis labore voluit aliquod suæ in Te observantiæ & affectus, perpetuique officij monumentum, æternæ nominis Tui memoriæ sacrare. **Gryphiswaldi** è Musæo meo, die 2. Januarij, anni novi **M D C XXXI.** cujus felix principium, feliciorum successum, felicissimum exitum, Tibi Tuisq; ex animo voveo & opto.

MATTHIAS STEPHANI
Jctus.



ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ,

Ad Virum

Amplissimum, Clarissimum & Consultissimum

DN. M A T T H I A M

S T E P H A N I,

Jctum & Antecessorem Illustris Aca-
demix Gryphicæ celeberrimum, Collegam, Adfi-
nem & Fautorem suum multis nominibus suspicien-
dum, cum Diatriben Juris Patronatus Ecclesiastici
& Academici in publicum daret,
instituta.

*Q*uod teneris Pater est natis, hoc esse Patronum
Suis decet clientulis.

*Nempe, ut in Ascanio cari, testante Poëtâ,
Stat cura Patris unica:*

*Sic quoq; debbat cordi grex esse Patronis
Docentium & discentium,*

*Nilq; prius potiusve dari, quàm rite cavere,
Ne detrimenti quid ferat.*

*In frugi nam forte salus & gloria privæ
Domus recumbit filio:*

*At bene compositis, res undiq; publica floret,
Ecclesiis nec non Scholis.*

Heic

*Heic verò facti cætus Clarii; querelas
Indefinentes audias,
Quæis malè defuncti pulsantur muneris ergò
Variis patroni formulis.
Olli desidiæ, diræq; Tyrannidis altri
Famosa dica impingitur:
Et si rem rectâ quis pendat lance, sine ullâ
Impingitur calumniâ.
Nam non insontes satis arguit esse patronos
Nimia mali evidentia.
Quis nescit Domini clerum, pubisq; magistros
Planè obrui penuriâ?
Quem fugit impulsu rabidi livoris eosdem
Penè enecari injuriâ?
Et tamen utramvis stertit patronus in aurem,
Damnis nec ullis tangitur:
Immò sunt, vitâ quibus est jucundius ipsâ
Suffundere magis frigidam.
His opportunè, vir Consultissime, fautor
Insignis, aurem vellicas,
Et, quæ solerti veniant præstanda Patrono,
Terso hoc libello submones.
Unde tue fame, quæ latum personat orbem,
Fœlix fit hæc accessio.
Quòd te communi Patronum voce salutant
Levita cum Scholastico.*

Te

Te quoque, Cæsareæ pars inclyta militiæ,
Themidosq; rara gloria,
 BRITZKIE, *dum tanto nomen titulumq; labori*
Facili ministras dexterâ,
Laus mansura manet, donec cum Sole manebunt
Ecclesiæ simul & Scholæ.
Perge ita de studiis, Vir Strenue, perge mereri,
Viros bonosq; amplectier,
Nec sine sub clypeo quenquam succumbere justo,
Sed pro Trivili subleua:
Sic erit, ut roseorum fortuna tuarum
Illustrior sit Phosphoro.

à

JOANNE Burgmann/ J. U. D.
 & Professore, nec non Illustris
 Dicasterij Wolgastani Assessore
 ordinario.



INDEX



INDEX CAPITUM

Partis I.

1. *De etymo & notatione vocis patroni & patronatus.*
2. *De varia significatione vocis patroni & patronatus.*
3. *De jure Patronatus Ecclesiastico in genere, ejusq; divisione in jus patronatus majus sive superioris, & minus sive inferioris.*
4. *De jure Patronatus superiori, Principibus & Magistratibus jure Regio competentii.*
5. *De jure patronatus Ecclesiastico minori sive inferiori, ejusq; origine, item de ratione introductionis illius juris patronatus.*
6. *Jus illud patronatus in se non esse impium, neq; Ecclesiis perniciosum, sed potius utile & pium.*
7. *De definitione juris patronatus Ecclesiastici.*
8. *De divisione juris patronatus generaliter accepti, in jus patronatus Civile, tanquam antiquius, & jus patronatus Ecclesiasticum, quod recentius est: item de differentiis & convenientiis inter utrumq; jus patronatus Ecclesiasticum & Civile.*

B

9. De

Index Capitum Part. I.

9. De subdivisione juris patronatus Ecclesiastici in jus patronatus Ecclesiasticum specialiter sic acceptum, & jus patronatus Scholarum tum Regiarum sive Academiarum, tum inferiorum sive privatarum: Item, in jus patronatus laicum & Ecclesiasticum in specie.
10. De his qui jus patronatus Ecclesiasticum sibi acquirere possunt.
11. De initiis & causis quibus constituitur & acquiritur jus patronatus.
12. De consensu Episcopi necessario ad consequendum jus patronatus ex fundatione, dotatione & adificatione.
13. De fundatione, exstructione & dotatione, tanquam modis constituendi juris patronatus.
14. An & quatenus per reedificationem Ecclesie destructe jus patronatus acquiratur.
15. Adhuc de dotatione, tertio modo acquirendi jus patronatus.
16. De prescriptione, quatenus illa est modus acquirendi juris patronatus: itemq; de privilegio Pontificis.
17. Quibus modis jus patronatus constitutum & acquisitum ad alios postmodum transferatur.
18. De effectu juris patronatus, sive de juribus quae consequuntur patroni ex jure patronatus.
19. De .

Index Caputum Part. I.

19. *De honore patrono debito in processione & sessione.*
20. *De reliquo honore patroni debito, consistente in presentatione ad sacrum ministerium.*
21. *De jure & ordine vocandi ministros Ecclesie.*
22. *De jure patroni in Ecclesia Cathedrali & Collegiata.*
23. *De beneficiis Ecclesiasticis, quid juris in illis fundatores sive patroni habeant.*
24. *De jure utili, quod competit patrono, consistente in alimentione, itemq, in jure exedra & sepultura.*
25. *De jure oneroso patronorum.*
26. *De unione seu incorporatione Ecclesiarum cum auctoritate & consensu patroni facienda.*
27. *De iis que patronus de jure Canonico facere non potest.*
28. *De jure patronatus hodie in Ecclesiis Augustinae Confessioni addictis recepto.*
29. *De pactis & conditionibus adjectis fundationi sive acquisitioni juris patronatus.*
30. *Quibus modis finiatur jus patronatus.*
31. *De judice & judicio competenti in causis juris patronatus.*
32. *De remediis sive actionibus pro jure patronatus competentibus.*

Index Capitem Part. II.


33. *De processu judiciario, & de probatione juris patronatus, itemq; de officio judicis, in ferenda sententiâ.*

INDEX CAPITUM

Partis II.

- Cap. 1. *De discrimine Scholarum publicarum sive Regiarum, & Trivialium sive privatarum.*
2. *De Scholis Regiis sive Academiis in specie, & de differentiis inter patronos Ecclesiarum & Academiarum.*
3. *De jure patronorum in Academiis, quod consistit in processione, itemq; in jure nominandi & docandi Professores, laudabilem in se probis moribus vitam demonstrantes, itemq; docendi peritiam habentes: nec non etiam in eorum necessaria sustentatione.*
4. *De jure & potestate patronorum in defendendis juribus, jurisdictione & immunitatibus Academicis, contra latratus canum sive hostium literatorum.*
5. *De jure & potestate Patronorum in Scholis privatis sive Trivialibus, quæ consistit in præficiendis præceptoribus eruditis & ad formandos mores puerorum, nec non etiam ad docendum, idoneis: illisq; necessariis vitæ subsidiis suppeditandis.*

Tracta-



TRACTATUS
De
JURE PATRONATUS,

CAPUT I.

De etymo & notatione vocis
patroni & patronatus.

SUMMARIA.

- N**omen patroni & patronatus unde descendat n. 1. & 2.
 Patronus sustinet locum patris n. 3. quod declaratur n. 4.
 & 5. & num. 9.
 Ecclesiam adificans ipso facto se obligat ad dotandam eam n. 6.
 Parentes censentur necare liberos qui alimenta illis denegant
 num. 7.
 Vita est duplex, naturalis & civilis: illam habent liberi natu-
 rales à parentibus; hanc habent liberti à patrono n. 8.
 Compadres & commatres dicuntur, quia sunt loco patris &
 matris n. 10. pater, patrimus qui apud Romanos n. 11.
 Patricij qui dicti num. 12.
 Patroni appellatio longe alia est quam Domini n. 13.
 Christus cura manu acceptas donata Ecclesia & pauperibus
 num. 14.

Materiam utilissimam, inq; Ecclesiis & Scholis
 frequentissimam, DE JURE PATRONATUS,
 hoc tempore, auxiliante DEO, tractaturus,

2 *Part. I. Caput I. De etymo & notatione vocis*
conabor illam certis capitibus & quasi cancellis con-
cludere.

1 E re autem est, prius quam ad rem ipsam deveniam,
pauca de ipsius tituli significatione referre, undè scili-
cet nomen PATRONI & PATRONATUS † descen-
dat, *arg. l. 1. de just. & jure l. 1. §. 1. de pact. l. 1. in princ. ff. de*
furt. l. 1. §. 1. de susp. tutorib. l. 1. de reb. cred. ne incertitudo
nominum, & obscuritas vocabulorum Lectorem re-
morentur.

2 Dicitur PATRONUS † vel PATRONATUS, à
patre; sive ad similitudinem patris: eò quod Patronus
3 sustinet locum patris, † præstando defensionem per-
4 sonis aut rebus. Patroni enim & Patris † officium est,
tueri & conservare. Hinc in jure nostro passim con-
jungi solent patroni & parentes *l. 4. & seqq. de in jus voc.*
§. ult. Inst. de pœnâ temerè litig. & tot. tit. de obseq. parentib.
5 *& patron. prest.* Undè intelligitur, Patronis † æquè ac
parentibus obsequia deberi.

6 Et quidem qui ædificat Ecclesiam, ipso facto vide-
tur se obligare † ad dotandam eam; non aliter, ac pa-
ter generans filiam, eidem dotem debet: paternum
enim officium est, dotare filias *l. qui liberos ff. de rit. nupt.*
l. fin. ff. de dotis promiss.

7 Sicut etiam parentes tenentur suppeditare alimen-
ta suis liberis, ad eò ut necare censeantur liberos, qui
alimenta † illis denegant *l. necare ff. de agnos. & alend. lib.*
Ita quoq; patronus debet liberto suo alimenta, in tan-
rum, ut alimentis denegatis, desinat nomen Patroni, &
finiatur jus patronatus *l. Divus Claudius §. fin. ff. de jure*
patron.

Et quemadmodum liberi naturales habent vitam
natu-

naturalem à parentibus; ita liberti à Patrono habent vitam civilem † nempe libertatem *l. quod attinet ff. de reg. jur.*

A Patrono, venit nomen PATRONATUS, & patrocinium; græcis *πατρονία*, à verbo *πατρῶν ὄν*, quo utitur in plerisq; locis Theophilus *lib. 1. Instit.*

Et qui jus patronatus Ecclesiæ habent, illi Patroni dicti, quasi patres, † quia sicut pater de non esse ad esse filium efficit; Ita & patronus de non esse ad esse Ecclesiam deducit Roch. *de Curte in tract. de jure patronatus, in prolegomenis num. 5.* Et dicitur *πατήρ*, quasi *παῖδας τηρῶν*, id est, servans ex se genitos.

Sic *ἀναδοχῶν*, hoc est, susceptor infantis ex baptismo, dicitur infanti suscepto † patronus, & patris loco esse. At ejusmodi anadochi dicuntur à Dionysio Arcopagita Patrimi & Matrimi, vulgò Compàtres, Commatres, quasi Patres & Matres; quia funguntur patris aut matris officio & munere.

Cæterum apud priscos Romanos, pater, patrimus † dicebatur, qui, cum esset pater, habebat adhuc suum patrem; & matrima ea, quæ mater existens, adhuc matrem suam habebat, ut est apud Sextum Pompejum Festum.

Sic sub Imperatoribus, Patricij dicti † Consiliarii Imperatorum, quod quasi patres eorum essent *l. ult. C. de Consulibus lib. 10.* Hinc eleganter Ausonius *ad Eutropium Patricium*, post damnationem & publicationem bonorum scripsit:

Direptas quid plangis opes quas natus habebit?

Non aliter poteras Principis esse pater.

Ex prædictis, uti opinor, constat, de nomine Patroni & Patronatus: & quod habens jus patronatus, non dicitur.

5 *Part. I. Cap. II. De varia significatione vocis*
 13 dicatur Dominus, sed Patronus: quia Patroni appella-
 tio magis, quam † Domini, ei convenire creditur: Juris
 ratio namq; dicitur, ut res Deo datæ & consecratæ, in-
 dantis dominio non maneant, sed fiant patrimonium,
 vel pecunia Christi *c. qui Christi c. pradia 12. quest. 2.* Et
 eleganter Imperator Manuel Comnenus *in Novellâ 1. de*
 14 *executoribus testamentorum, ferè in princ. vers. cum enim &c.*
 scribit, cum quis facultates suas Ecclesiæ & pauperibus
 distribuit, Christum altare, ac una cum mendicante ma-
 num porrigere. Et hinc est, quod Imperatores severe
 res sacras arctissimo vallo communiverunt, & consti-
 tuerunt, ut patrimonium Ecclesiæ semper servetur illa-
 sum; neq; bona illa quacunq; ratione distrahantur aut
 alienentur *l. jubemus C. de SS. Eccles.* De quo satis dixi ad
 Nov. 7. Nov. 46. Nov. 65.

CAPUT II. De varia significatione vocis patroni & patronatus.

SUMMARI A.

Patroni & Patronatus nomen variè accipitur; undè etiam
 varium jus patronatus n. 1. & 2.

*De patronatu veterum Romanorum num. 3. ubi Patronis cum
 clientibus magna intercedebat amicitia n. 4. quod decla-
 ratur n. 5. 6. 7. & 8.*

*De clientum obsequiis n. 9. & rursus de patronorum erga clien-
 tes beneficiis num. 10.*

Clientela usus à Romanis traductus ad externos n. 11.

De jure patronatus protectionis seu Advocatia n. 12.

*Ad modum clientela antiqua, ecclesie sibi adsciverunt patro-
 nos terrarum Dominos n. 13. Idem etiam fecere seculares
 Principes & civitates, itemq; privati n. 14.*

Patro-

Patronus etiam dicitur respectu liberti manumissi n. 15.

Jus patronatus civile spectatur in duobus n. 16.

Patronus in jure feudali quis n. 7.

Advocati etiam dicuntur patroni, n. 18.

*Semper inspiciendum est, in qua significatione vox patroni
& patronatus usurpatur n. 19.*

HOC capite explicandum est, quomodo nomen Patronus & Patronatus † pro diversitate materię subjectę variè accipiatur: Undè etiam varium † jus patronatus.

Et quidem imprimis occurrit patronatus veterum † Romanorum. Nam tempore urbis cõditę vetustissima Patronorum ac Clientum instituta viguerunt, ubi plebeis, extimescentibus vim & metum potentiorum, licitum erat ex ordine Patritiorum Patronos eligere. Undè Festus scribit, *Patrocinia appellari capta, ex eo, quod plebs distribueretur inter patres, ut eorundem opibus tuta esset*: quibus patronis cum clientibus tanta intercedebat † amicitia, imò arctior, quanta est agnatorum & propinquorum: quod ipsum eleganter ostendit Gellius *lib. 20. Noct. Attic. cap. 1. & lib. 5. cap. 13.* more majorum, juxta parentes, primum locum tenuisse pupillos † Tutorum fidei creditos; deindè clientes, qui sese itidem in tutelam ac patrocinium dederunt; tertio loco esse hospites; postmodum esse cognatos; & adfines. Quin & ex eodem conjunctionis arcto vinculo † tanta inter eos fides extitit, ut patroni etiam contra proprios Clientum cognatos defensionem subire tenerentur. Imò non pejus ullum facinus æstimatum fuisse, quam si

C

cui

6 *Part. I. Cap. II. De varia significatione vocis*
cui probaretur, clientem derisui habuisse, referente
Gellio *d. cap. 1. ferè in fine lib. 20.*

- Præterea Patroni & Clientes illi mutuis officiis
7 & beneficiis sibi ꝑ invicem devincti & obstricti fuerunt. Patroni namq; clientibus jura, illis incognita, interprebantur, & de iis pro clientibus injustè oppressis respondebant: causas eorum in foro contra accusatores tuebantur *Halicarnass. lib. 2. antiq. Roman.*
8 *Gell. dd. locis.* Quin amplius ꝑ patroni in clientes beneficia contulerunt, quæ parentes in filios solent: ut patet ex traditis à Cicerone *Verrina 1.* ubi sic scribit: ad meam (Siculi) confugiunt fidem, per me auxilium sibi à vobis petunt, me defensorem calamitatum suarum, me ultorem injuriarum, me sui cognitorem juris, me causæ totius actorem esse voluerunt.
9 Quod verò attinet Clientum obsequia, ꝑ illi Patronis in omnibus rebus honestis erant obsequentes; eosdem ad paupertatem redactos suo ære juvabant, maximè autem in elocandis filiabus, ad dōtem earum contribuebant. Præterea Clientes honoris causâ de domo magno numero deducebant patronos suos, deducentes filios suos naturales vel adoptivos in forum, eo die, quò ipsi togam virilem inducebant *Halicarn. & Gell. dd. loc.*

Et hæc de clientum erga Patronos officiis &
10 obsequiis, & horum vicissim ꝑ erga illos beneficiis. Illud autem commune utrisq; fuit, quod accusare se invicem in judiciis non poterant *Gell. dict. loc. Pæt. Gregor. lib. 4. de Republ. cap. 3.*

Hujus clientelæ usus à Romanis tandem tradu-
11 ctus etiam ꝑ est ad exteros: nam & hi civium in urbe
Roma

Roma exemplo commoti, quando se à potentioribus non tutos esse existimarent, in clientelam senatorum seipfos adjunxerunt *Cicero lib. 4. de finib.*

Ad exemplum & imitationem illam patronatus veterum Romanorum, usu introductum esse, & adhuc continuari in Imperio Romano, jus † patronatus protectionis seu Advocatiæ, tradit And. Gail. *2. Obs. 54. n. 2. ad fin.*

Et prisca seculis, ad modum & formam clientelæ antiquæ Romanorum, Ecclesias patronos sibi adscivisse potentes terrarum † Dominos, scribit Renatus Choppinus *lib. 1. de sacra politia cap. 1. num. 12.* Quin uti ab Episcopis ac Prælati Ecclesiarum factum est; ita quoq; seculares Principes, Comites, Nobiles, itemq; Civitates, tam Imperiales, quam Provinciales, & aliis subjectæ, imò etiam privati, potentiorum patrocínio & tuitioni se submiserunt, † de quo testatur etiam Gail. *d. Observ. n. 10.* & non in frequens esse, quod liberæ civitates sese submittant alicui Principi, ut ab eo protegantur & defendantur, notat Regnerus Sixtinus *consil. marpurg. 19. num. 145. vol. 3.* idque communi usu & consuetudine per totum Imperium Romanum hodie observari, testis est Schurff. *consil. 23. n. 5. cent. 3.*

Jus itidem patronatus singulare est, quod Dominus manumittens servum suum sibi asserit, qui & Patronus respectu manumissi † liberti dicitur: cum, si non manumississet, omnibus juribus dominicæ potestatis in servum illum uteretur. Illud jus patronatus spectatur † in duobus, in operis libertorum, & in bonis ipsorum. Operæ sunt officia patrono à liberto

8 *Part. I. Cap. III. De jure patronatus Ecclesiastico*
in gratiæ & remunerationis locum pro beneficio ma-
numissionis præstanda *l. 4. de just. & jure tot. tit. Instit.*
de libertinis l. cum patronus. 22. de operis libert. Jus patro-
natus in bonis quod est, versatur in successione pa-
troni ejusq; liberorum in bona liberti, si sui heredes
non extant *in princ. tit. Instit. de success. libert.* Quod
jus quam varium fuerit & multiplex, eleganter ex-
plicat Cujatius *in parat. C. de bonis quæ liber.*

Sic in jure feudali, Dominus feudi appellatur Pa-
17 tronus; & Vasallus indigitatur cliens, interdum †
clientulus. Hotom. *de verb. feudalibus, verb. patronus.*

Deniq; jus nostrum, Advocatos, utpote clien-
18 tum, imò & Reipublicæ defensores, appellat † pa-
tronus *l. rem non novam §. patroni C. de judic.* hi enim
dirimunt ambigua fata causarum, suæq; defensio-
nis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa
erigunt, fatigata reparant, nec minus provident
humano generi, quam si præliis atq; vulneribus pa-
triam parentesq; salvarent. Nec enim solos (in-
quiunt Impp. Leo & Anthemius *in l. advocati 14. C. de*
advocat. div. jud.) nostro imperio militare credimus
illos, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, sed
etiam advocatos: militant namque causarum pa-
troni, qui gloriose vocis confisi munimine, labo-
rantium spem, vitam & posteros defendunt *dist. l.*
advocati 14.

CAPUT III.

De Jure Patronatus Ecclesiastico in genere, ejusq; divisione.

SUM-

SUMMARI A.

Jus Patronatus Ecclesiasticum in genere quid n. 1. accipitur large n. 2. & propriè n. 3. inde duplex est jus patronatus Ecclesiasticum n. 4. majus n. 5. & minus n. 6. hoc nihil habet commune cum jurisdictione n. 7.

Jus Patronatus in civilibus cum superioritate vel subjectione nihil commune habet n. 8. sed tamen jurisdictionis & subjectionis aliquando principium fit n. 9. & 10.

Jus patronatus ecclesiasticum, in genere, † nihil aliud est, quam cura tuendi & defendendi personas & res ecclesiasticas. Quod ut rectius intelligatur, sciendum est, jus patronatus ecclesiasticum dupliciter accipi, large & propriè.

In larga & naturali significatione, accipitur patronatus pro nuda & simplici cura patrocinandi sive defendendi, personas & res ecclesiasticas adversus vim & potentiam majorem Schurff. *consil. 23. n. 2. cent. 3.* Modest. Pist. *consil. 43. n. 30. vol. 1.* competente jure magistratus sive superioritatis: undè & patronus pro superiore accipitur *c. dilecta de excess. Pralat.* Ernest. Cothm. *consil. Academico 1. n. 59. & seqq.*

In propria † & civili significatione autem, jus patronatus accipitur pro jure seu facultate eligendi, præsentandi & vocandi, competente non tantum magistratibus & superioribus, sed etiam cuivis privato, qui fundavit Ecclesiam, sive Academiam, undè etiam patronus illius Ecclesiæ & Academiae dicitur Cothm. *d. loc.*

Undè patet, duplicem † esse patronatum, ecclesiasticum: Unus consistens in simplici jure de-

5 fendendi: alter verò, quo jus præsentandi Pastores & ministros in Ecclesiis reformatis continetur. Illud est jus patronatus majus † sive superius, quod à ple-
 risq; etiam Regum appellatur: eò quod jura patro-
 natus Ducum, Marchionum, Comitum &c. regio ju-
 ri ad æquata sint, ut scribit Covarruvias *pract. quest.*
cap. 36. n. 6. vers. secundum in jure patronatus regio. Neq;
 regie Majestati convenientius videtur, quam li
 Christiani Principes Ecclesie instituta, ritus & leges
 ac Sacerdotalia jura fervent & tueantur *c. regum*
beneficium 13. quest. 5. c. tributum 23. quest. 8. Hoc verò
 6 dicitur jus patronatus minus † & inferius, vel vulga-
 re, quia omnibus quibuscunq; etiam privatis com-
 petit, qui beneficia in Ecclesias ritè conferunt *tot. tit.*
de jure patron.

7 Illud verò notandum est, in genere, jus patrona-
 tus nihil commune habere † cum jurisdictione Ec-
 clesiastica Gail. 2. *obs. 54. n. 1. & n. 6. & 7.*

8 Quamvis autem etiam in civilibus, jus protectio-
 nis, cum superioritate, respectu Patroni, vel cum sub-
 jectione, respectu clientum, nihil commune † habere,
 adeoq; juri territoriali & jurisdictioni ordinariæ ni-
 hil adimere existimatur *c. recepimus 8. c. ex parte 18. de*
privileg. l. non dubito ff. de capt. & postlim. rev. Schurff.
d. consil. 23. n. 2. cent. 3. Interim tamen jus est, & qui-
 dem tale, ex quo aliud ex alio, & quidem in præju-
 dicio ordinarij Magistratus ac Domini territorij
 9 pullulat; nam, experientia teste, hoc jus sæpius † &
 subjectionis & jurisdictionis principium existit,
 Petr. Frider. *lib. 2. de mandat. cap. 14. num. 2.* Et pa-
 10 trocinium nonnunquam plus æquo † extendi ad
 actus

in genere, ejusq; divisione. 11
actus jurisdictionis, & alia jura regalia, notat Gail.
d. observ. 54. num. 6.

CAPUT IV.

De Jure Patronatus majori sive superiori, Principibus & Magistratibus competente,

S U M M A R I A.

Jus patronatus majus cohaeret juri magistratus n. 1. nam magistratibus incumbit tueri Ecclesias & Scholas n. 2. item, instituta earum & qui Ecclesiis & Scholis praeficiendi n. 3. ratio num. 4.

Ecclesia cathedralis in Principum provinciis cohaeret etiam juri patronatus n. 5. ratio n. 6.

Patronorum officium n. 7.

Res humana non possunt esse tutae nisi defendantur divina num. 8.

Religione sublata, corrumpitur justitia & disciplina n. 9.

Advocatus Ecclesiarum & monasteriorum quare olim constitui necesse fuit n. 10. & 11. quorum officium magnificentissimum habitum est n. 12. & 13.

Imperator Romanus est advocatus supremus Ecclesiarum num. 14.

D. Lutherus scripsit se confugere ad Imperatorem tanquam ad aram num. 15.

Hispaniarum Reges sunt Advocati suarum Ecclesiarum n. 16.

Hassiae Principes habent plerumque, Episcopatus sub suo praesidio num. 17.

Episcopatus in Imperio Romano in quorum patrocinio sunt num. 18.

Ponti--

- 12 *Part. I. Cap. IV. De jure patron. maj. sive super.*
Pontifex Romanus sibi olim arrogavit jus in Episcopatibus
n. 19. sed Principes illi resistierunt n. 20.
Edictum Caroli Casaris, ne quis impetraret beneficia à Pon-
tifice regij patronatus n. 21. item, Philippi Hispaniarum
regis num. 22.
Hispaniarum Reges venerantur decreta Pontificum, sed sal-
vis juribus patronatus n. 23.
Magistratus est custos utriusq; tabule n. 24.
Reges sunt nutricij Ecclesia n. 25.
Christiani habent Ecclesiam matrem spiritualem n. 26.
Magistratus non defendentes Ecclesiam reddent eo nomine
Deo rationem n. 27.
Necessaria admonitio ad omnes magistratus ut evigilent
tandem, & curent Ecclesias & Scholas n. 28. 29. 30. 31.
Religio illa defendenda est, qua est orthodoxa, & Christia-
na fidei analogica n. 32.
Principes Germania in quem finem bodiè habeant jus condo-
candi Synodos n. 33.
Synodis interesse debent orthodoxi n. 34. 35.
Princeps pro sua libidine in Synodis solus nihil rectè statuit
circa religionem & cultum Dei n. 26.
Patronus an vi juris patronatus pro parte Ecclesiarum possit
foedera pacisci cum infidelibus? quod negatur n. 37. 38.
39. 40. 41. 42. At propter commercia licet foedera
merè civilia ferire n. 43. ratio n. 44. 45. Non est belli
major justitia quam ejus quod pro religione suscipitur n. 38.
De variis confederationibus inter Imperatores Christianos
& infideles num. 46.

I **P**Ræmissâ divisione juris patronatus, in majus & minus, hoc loco agendum erit de jure patronatus majori sive superiori, quod cohæret juri † magi-

magistratus, adeoque Principibus & Magistratibus I
competit jure superioritatis & Regio. Nam Princi-
pibus & Magistratibus veris, (quia cum divinitate
cognitionem habent) una cum statu ipsius Reipubli-
cæ incumbit, † Ecclesias & Scholas patrocinio suo 2
tueri & defendere; quippè quod in eo versetur ex-
terna salus atq; incolumitas Ecclesiarum & Schola-
rum, tum pacis, tum belli etiam tempore. Quod
spectat institutio † & confirmatio eorum qui Eccle- 3
siis & Academiis præfici debent, ut constet Princi-
pibus & Magistratibus, quales sint illi ipsi, † quâ fa- 4
cultate præditi, qua fide, quave innocentia vitæ in-
cedant; & ut necessariis alimentis atq; vitæ subsidii
provideantur.

Eidem juri patronatus cohærent etiam Ecclesiæ
Cathedrales † in Principum Regnis & Provinciis 5
sitæ, quæ tutelæ atq; patrocinio ipsorum Principum
eximi nullo modo possunt; ne sint deterioris † juris 6
Principes, quam minorum Ecclesiarum patroni *arg.*
l. Imperatores ff. de public. & vectig. l. fin. C. de exact. tri-
but. lib. 10.

Quocirca incumbit illis † prospicere, ne bona 7
Ecclesiastica divinis cultibus dedicata in proph-
num usum transferantur, vel malè administrantur;
ne ab Ecclesiarum constitutis Provisoribus, ut sæ-
pe, proh dolor, fieri consuevit, redditus in propriam
utilitatem convertantur.

Neq; res humanæ aliter tutæ esse possunt, nisi
quæ ad divinam confessionem † pertinent, & regia 8
& sacerdotalis defendat autoritas: ut eleganter
scriptum reliquit Leo Papa, in epistola ad Pulche-

D

riam

14 *Part. I. Cap. IV. De jure patron. maj. sive super.*
riam Augustam *c. res autem humana 21. c. eadem 23. 3. quest.*
5. c. incestuosi 23. 3. seqq. eadem 23. quest. 5.

9 Et sublata religione, † corruiit justitia, publica
honestas & disciplina. Reichs Abscheid zu Regensburg
de anno 1532. Rubr. Concilium betreffend *in fin. pr. ibi,*
darneben erfolgen würde / das alle Zucht / Ehr / Gehorsam
vnd andere gute tugend / im geistlichen vnd weltlichen gents
lich fallen werde.

In primitivâ itaque Ecclesiâ, crescente cum
opibus malitia hominum, & res Ecclesiarum satis
10 commodè Ecclesiastici defendere non poterant; ne†
earum procuratione à pietatis exercitiis avocaren-
tur, delegari necesse fuit hominibus potentibus, &
negotiorum secularium peritis: Idcirco placuit peti
à gloriosissimis Imperatoribus pro rebus sive bonis
11 Ecclesiasticis executores vel Advocatos, † qui de-
fensionem Ecclesiarum susciperent *c. 16. & c. placuit*
dist. 72. & c. ab Imp. 23. quest. 3.

Erant itaq; Ecclesiæ & monasteria sub advoca-
12 tione & patrocinio secularium Dominorum: † de qua
advocatione agitur in *c. prater ea ext. de jure patron.*

Quod officium adeo magnificum & regium ha-
13 bitum, ut ipsi Imperatores † titulum Advocati non
subterfugerent, sed libenter usurparent, attestanti-
bus id actis Imperij.

Hinc in Recensibus Imperij scribitur de Impera-
14 tore Romano, quod sit der ganzen † Christenheit im
Schuss vnd Schirmherr R. A. de anno 1518. §. Erstlich.
Item, Advocatus R. A. zu Regensburg de anno 1541.
Item, Oberster Vogt der heiligen Christlichen Kirchen
R. A. zu Augspurg de anno 1530. §. auff solch & c. & §. seq.
Nach

Nach dem aber &c. Item, der Obrister Vogt vnsers
Christlichen Glaubens R. A. zu Speyr de anno 1529.
sub tit. Constitution wider die Wiederteußer. Hinc re-
fert Schledanus *lib. 2. comment.* quod Lutherus ad
Imperatorem scribens, ait, sese confugeret ad Impe- 15
ratorem, tanquam aram præsidiumque, & rogare, ut
doctrinæ christianæ tutelam suscipiat, exemplo
Athanasij.

Sic Reges Hispaniarum † obtinere jus patrona- 16
tus Regium in Ecclesiis quas ipsi erexerint, con-
struxerint & dotaverint, testis est Covarruvias *in c.*
possessor §. 10. n. 5. vers. olim apud.

Et Episcopatum Tridentinum, Brixientem &
Abbatiam Marbachensem, esse † in præsidio tute- 17
lari Archiducum Aristriæ: Abbatem Hirsfeldensem
sub protectione Principum Hassiæ, refert Andreas
Knichen *in Comment. ad jus saxonicum, verb. Ducum*
Saxoniz cap. 5.

Neq; dubium est, passim in Imperio Romani
minores Episcopatus, Abbatis, cœnobiaz † in eorum 18
esse patrocínio, in quorum territoriis sita sunt Chaf-
san. *in Catalogo gloria mundi p. 5. considerat 24. num. 294.*
Petrus Rebuff. *in praxi benefic. tertiâ part. signatura, verb.*
nec non jure n. 12. & 36.

Sanè jam olim Pontifex Romanus attentavit jus
patronatus Imperij sibi vindicare, † arrogando sibi 19
potestatem constituendi Episcopos in Ecclesiis Ca-
thedralibus, per scipionem & annulum pastoralem.
Sed Reges & Principes Christiani, præter Cæsarem,
jura hæcenus in Ecclesiis illa † integra & illæsa reti- 20
nerunt, nec ullo modo de jure suo cesserunt Cranz.
lib. 5. Saxoniz cap. 30.

Hinc Covarruvias scribit, ipsum Carolum Cæsarem, Hispaniarū Regem, Anno Domini M D XXV.

21 Toleti edictum pronunciaſſe ac emiſiſſe in omnia ꝓ Hispaniarum regna, in quo decretum, ut nullus à Pontifice impetraret Apoſtolicas literas ad dignitates vel beneficia, quæ ſunt regij juris patronatus; aut impetratis uteretur in derogationem conſensus ac præſentationis, quæ à Rege ipſo poſtulanda eſt ad eadem beneficia obtinenda Covarr. *præſt. quaſt. c. 36.*

22 *num. 3. verſ. olim*, ubi meminit etiam edicti Philippi ꝓ Hispaniarum Regis de Anno 1548. Undè videre eſt, quomodo præ aliis Principibus, Hispaniarum reges, qui aliàs magno ſtudio Pontificum decreta veneran-

23 tur, tenaces fuerint ꝓ juris ſui in impertiendis honoribus Eccleſiaſticis. Nec immerito; ideò quod patronorum Eccleſiarum maximè interſit, ſcire, quibus committenda ſit cura Eccleſiarum ad provincias ſuas pertinentium *c. cum longè 25. diſt. 63.*

Rectè autem poteſtas circa Eccleſiaſtica pertinet ad Magiſtratum, qui cuſtos eſſe debet ꝓ utriusq; tabulæ: Undè Reges nutritij Eccleſiæ indigitantur
24 ad ædificandos ꝓ muros ejus *Eſa. 49. & 60.* Hoc pertinet ad reges ſæculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis
25 pacatam velint habere matrem ſuam Eccleſiam ꝓ undè ſpiritualiter nati ſunt, inquit Auguſtinus *c. quando 24. q. 4.* Quod ſi non fecerint, Deo aliquando red-
26 dent rationem propter Eccleſiam, quam ꝓ à Chriſto
27 tuendam accipiunt Iſodorus in *c. princeps 23. quaſt. 5. c. ult. diſtinct. 96.*

Illi itaq; qui Rebus publicis regundis præ ſunt, è
28 ſopore & ſomno ſuſcitati meritò cygilarent ꝓ præſertim

fertim tristissimis hisce temporibus, ubi, proh dolor, videmus religionis negotium interverti, Leones atq; lupos circum tuguria vagari, & in ovilia irruentes palam & in conspectu villicorum gregem devorare *Ezech. 34. v. 5. & 8.*

Videmus templa † & alia sacra loca penitus ever-29
ti, profanari, in armamentaria, in stabula converti,
imò pro præda haberi bona Ecclesiastica. Videmus
itidem ministros verbi divini ab Ecclesiis vi dejeci,
eorum bona diripi, illosque in carcerem durissimum conjici, & insuper iniquissimis exactionibus gravari.

Quis verò eorum curam habet? quis Ecclesiarum
ut propriæ salutis & vitæ rationem habet? pleriq; existi-
mant, parum interesse Reipublicæ, etiamsi videant
religionem, † Ecclesias, Academias & Scholas di-30
spendium pati: quæ res non solum ipsis Principibus
& Magistratibus æternæ salutis periculum accersit,
sed in eandem quoq; perniciem universas Ecclesias
& Scholas trahit.

Deus qui in cœlis est, & cui nihil absconditum
esse potest, dirigat Sancto suo † Spiritu mentes Prin-31
cipum & Magistratum, ut præstent in timore Dei
suum officium, aperiant portas Domino, promo-
veant gloriam Dei, aboleant idololatriam, & religio-
nem, quæ est ex potioribus partibus Ecclesiæ, propa-
gent, exemplo Regis Assyr. 2. Reg. 17. v. 26. Josa-
phat 2. Paralip. 17. v. 7. Nabuchdori Dan. 3. v. 97. Josiæ
2. Reg. 23. v. 21.

Et quidem religionem Orthodoxam sibi com-
mendatam esse patiantur, quæ nimirum est † con-32

- sentanea Spiritus Sancti verbis, adeoq; magis fidei, quam humanæ rationi analoga: curent ne errores perniciosi & Schismatici in Ecclesias inducantur & foveantur, & hac ratione purus Dei cultus impediatur X. A. zu Augspurg de anno 1525. §. vnd nach dem etwan viel/ibi, So sol ein jede Obrigkeit / sie sey geistliches oder weltliches Standes/ein fleissiges auffmercken vñ ernstliches Einsehen haben/das in ihren Fürstenthumben/ Landen vnd Gebieten/das heilige Evangelion vnd Gottes Wort/ nach rechtem wahren Verstand/ ohn Ergernuß/ zu erhaltung Gottes Lob/Frieden vñ Einigkeit geprediget werde. Eumq; in finem ortis erroribus & dissensionibus Principes
- 33 Germaniæ hodiè post transactionem Passovientem possunt Synodos celebrare, convocato suæ ditionis clero. Non enim quisquam temerè aut propria auctoritate † sine consilio Theologorum rectè sententium, & autoritate scripturæ, in religionis negotio statuere vel immutare debet, de quo etiam X. A. de anno 1555. §. So haben sich der Churfürsten circ. hu. ibi, darzu auch ein jeder mit seinen Gelehrten vnd Theologis sich mittelweil dermassen gefast machen. Hinc Carolus V. Imperator, in deliberandis & concordandis
- 35 religionis controversiis † dicit se usum præclarissimorum Theologorum multarum nationum consilio X. A. zu Augspurg de anno 1530. §. demnach haben wir sampt denselben &c. Undè rectè Honorius & Theodosius Imp. inquit; si quid dubietatis emerferit, id oportet conventui Sacerdotali, sanctoq; iudicio reservari l. 2. C. de SS. Eccles.

Omnino rectè: si enim Princeps pro sua libidine
36 circa bonum civile nihil statuit † nisi adhibitis Prudentum

dentum consiliis *l. 8. C. de LL.* multò minus disponet circa bonum spirituale, hoc est, circa religionem & cultum Dei, non adhibitis † Theologis, ad id, ut ju- 37
dicet secundum normam verbi Dei immotam *Jos. 1. v. 8. Psalm. 1.*

Verum cum sæpè accadat, ut pro religione necessaria bella sint gerenda, quæri solet, an Patronus vi juris patronatus regij, pro salute & pace Ecclesiarum suarum, salvâ conscientia, fœdera pacisci possit † cū infidelibus aliisq; diversæ religionis populis, 38
dissidentibus in summa doctrinæ à vera Ecclesia, ut sunt Turcæ, Saraceni, Judæi &c. † Sanè non potest ullius belli † major esse justitia, quam ejus quod pro 39
religione suscipitur. Et qui Ecclesiam Dei sibi divinitus commissam non defendit in periculis constitutam, quando potest, equidem ille plus peccat & delinquit, quam si patriam, vel domum suam, vel liberos, contra conscientiam deserat. Non tamen potest pax & fœdus iniri cum infidelibus & impiis: non † enim est pax cum illis, sed pactio sceleris: & 40
nulla est participatio justitiæ cum iniquitate; nulla societas lucis ad tenebras, nulla conventio Christi ad Belial, nullus consensus templo Dei cum idolis
2. Corint. b. 6. v. 14. 15. 16.

Hinc Deus † ipse fœdera cum Assyriis, Ægyptiis 41
& Chaldæis nominat fornicationem *Ezech. 16. v. 26. & seqq. Esai. cap. 20. v. 37. & cap. 30. v. 31.* Et quod Deus nolit ab infidelibus Ecclesiam suam defendi, demonstrant exempla, quæ habentur *1. Maccab. 3. v. 17. cum seqq. & 2. Chron. 14. v. 12. & seq.* Quin & infelicissimum exitum ejusmodi fœdera sortita, exemplo nobis sunt
Judas.

20 *Part. I. Cap. IV. De jure patron. maj. sine super.*
Judas Maccabæus 1. *Maccab. 8. & 9.* & Jonatha de quo
1. *Maccab. 12.*

Præstat itaque tempore oppugnatae religionis
Deo confidere: qui Ecclesiam plantavit, eandemq;
42 hætenus defendit, † deinceps quoq; eam non dese-
ret, si modò accedat ardens precatio; seria pœnitentia
& conversio ad Deum, & clamemus ad Deum
exemplo Regis Ezechia *Esaia 37. v. 13. 16.* quo modo
usus etiam est Judas Maccabæus 1. *Maccab. 4. v. 8. &*
seqq. & in c. 3. v. 18. & lib. 2. Maccab. cap. 8. v. 18. prout
hoc se facturum Deus pollicitus est *Mattb. 16. v. 18.*

43 Et hæc facit † quod scripserunt Brentius & Phi-
lippus ad Philippum Landgravium Hæssia in Comi-
tibus Augustanis Anno 1530. ubi inter cætera hæcha-
bentur verba: Non esse festinandum, ut iniquis
præfidiis & consiliis nos tueamur, nec prævenien-
dum esse Deum illegitimis practicis: sed auxilium
oportunum exemplo Ezechia & aliorum esse expe-
ctandum. Late hanc quæstionem tractat D. Sius-
sing *de regimine Seculari & Ecclesiastico lib. 2. class. 3. c. 3.*
num. 33. & seqq.

44 Sanè quod attinet fœdera † merè civilia & poli-
tica, puta, propter commercia & alia negotia in ter-
minis simplicibus juris gentium consistentia, ea cum
45 infidelibus salva conscientia inire licet: tum † quia
jubemur pacem & tranquillitatem cum omnibus in-
46 differenter colere *Rom. 12. v. 17. & Hebr. 12. v. 14.* tum †
quia Deus istiusmodi fidem juramento firmatam
sancte voluit firmari 2. *Samuel. 21. Jos. 9. v. 3. & seqq.*

Hinc tot & varia sunt confœderationes inter
47 Imperatores Christianos & barbaros † ac infideles:
inter

inter Imperatorem Romanum & Turcicum : inter Reges Galliæ, Poloniæ, Hispaniæ, Venetos cum Turcis, Tartaris, Moscovitis &c.

CAPUT V.

De Jure Patronatùs Ecclesiastico minori, ejusq; origine, & causis introductionis.

S U M M A R I A.

Juris patronatus significatio duplex est, larga & propria:

In hoc significatu, jus patronatus cuiusvis capaci etiam privato competit n. 1. ejus primaeva constitutio Justiniano Imp. adscribenda est n. 2. & 12. non Pontifici Romano, num. 9.

In primitiva Ecclesia penes quos fuerit jus vocandi presbyteros num. 3. 4. 5.

Ocasio & ratio introducti juris patronatus à Justiniano qua sit num. 6. 7. 8. & 13. 18. cujus constitutiones postea Pontifices secuti sunt n. 10.

Laicus quando jus patronatus consequitur, eo ipso non nanciscitur dominium & potestatem grassandi in Ecclesia num. 11.

Religio peperit divitias, sed filia devoravit matrem n. 14. 15. De pravis studiis & abusu juris patronatus n. 16. 17.

Dominus rerum ad pias causas donatarum desinit dominus esse post earum consecrationem num. 19. Et hinc incipit dici saltem patronus, non etiam Dominus num. 20. exemplo servi manumissi à domino; qui itidem post manumissionem non amplius dicitur Dominus, sed patronus num. 21.

Jus patronatus ab initio fuit gratiosum, non ex debito justitiae introductum n. 22. unde tanquam odiosum non extendendum esse censetur n. 23. sed hodie non amplius dicitur gratia, sed justitia num. 24.

Juris patronatus originem quidam alius deducunt nimirum à gentilibus n. 25. item ex jure divino n. 26.

- P**ostquam dictum est de Jure Patronatus Ecclesiastici majori, videndum est hoc loco de jure patronatus Ecclesiastico in propria & civili significatione, sic dicto † quod cuivis etiam privato competit, pro eo, quod Ecclesiam vel Scholam sive Academiam fundavit, vel ædificavit, vel dotavit. Et hinc etiam est jus patronatus Academicum: de quo in secunda parte agetur. Primæva Constitutio de hoc jure patronatus, cujus in Imperio Romano adhuc est usus & observantia, soli Justiniano Imperatori accepto † ferenda, adeoq; ab eodem nativa origo illius juris deducenda est: uti ex sequentibus patebit.
- 3 In primitiva Ecclesia † jus eligendi vocandi & constituendi presbyteros fuit penes Apostolos eorumq; discipulos. Post ascensionem Christi namq; in coelum, Apostoli cum aliis septuaginta discipulis passim docuerunt, & plantarunt Ecclesias in Judæa & Syria, Antiochiæ & alibi.
 - 4 Dende † Paulus & Barnabas prædicantes Evangelium Christi inter gentes, constituerunt præbiteros in Lystra, Iconij, & alibi per singulas Ecclesias, audito prius populi consensu *Act. 14.* ubi Dn. Osiander in notis.

Apo-

Apostolis † defunctis; & postea cum Magistra-
tus adhuc esset Ethnicus, tunc in Ecclesiis electio
fuit penes universam fraternitatem, Clerum & Po-
lum, accedente judicio præsentis vicini Episcopi
unius vel plurium: quem morem divinam traditio-
nem, & Apostolicam observationem, quæ in omni-
bus Provinciis per Romanum Imperium in Ecclesiis
observata sit, nominat Cyprianus *lib. 1. Epist. 4.*

Postmodum † accidit, quod Clerus & Populus, 6
prætextu nominis Ecclesiæ, suo jure in eligendis Epi-
scopis & præbyteris abuterentur: Unde sæpè gra-
ves extiterunt tumultus pleni scandalis, ut Romæ in
electione Damasi, Mediolani ante electum Ambro-
sium, & multò ante, super eligendo Meletio Antio-
chiæ, de quo apud Socratem *lib. 4. c. 29. & 30.* item, So-
zomenum *lib. 7. c. 3.* quos ad hoc refert & allegat Re-
verendum ministerium Gryphiswaldiæ & vicina-
rum Ecclesiarum, *in edito libro, de vocatione, ordina-
tione & dimissione Pastorum & ministrorum Evange-
lij & c. lit. C.*

Ad sopiendos illos tumultus & dissidia inter cle-
rum & populum, commodissimum † & utilissimum 7
visum fuit, facultatem eligendi & præsentandi con-
ferre illis, qui ad Ecclesias fundandas ex bonis suis
contulerunt.

Nam Justinianus † Imperator *Nov. 57. & Nov. 123. 8*
cap. 18. expressè constituit, ut qui Ecclesiam ædifica-
vit, vel de suo Clericis præbet annonas, jus habeat
statuendi Clericos, ut utar verbis Justiniani *d. Novell.*
cap. 2. quod idem est ac si dixisset, jus instituendi &
substituendi Clericos quos voluerit, modò si eos

24 *Part. I. Cap. V. De jure patron. Eccles. minori,*
prius obtulerit & commendaverit *Episcopo d. No-*
vell. 123. cap. 18.

Unde luce meridiana clarius patescit, originem ju-
9 ris patronatus Ecclesiastici † non adscribendam juri
Pontificio, quippe prædictæ Novellæ Constitutio-
nes à Justiniano, circiter annum Christi 541. & 555.
adeoq; multis annis ante jus Pontificum seu Canoni-
cum per Gratianum compilatum publicatæ sunt.

Cæterum has juris civilis sanctiones ipsi post-
10 modum Pontifices & Canones subsecuti † leguntur:
quemadmodum ex Concilio Toletano IX. traditur
in c. decernimus 16. quest. 7. cujus hæc sunt verba: *De-*
cernimus; ut quando fundatores Ecclesiam in hac
vita superstites extiterint, pro iisdem locis curam
permittantur habere sollicitam, atq; rectores idoneos
in eisdem basilicos iidem offerant Episcopos ordi-
nandos &c. Quod tamen jus *in c. laici 37. & c. inven-*
tum, ita limitatum & restrictum est; ne laicus putet,
11 eo dominium † aut potestatem in Ecclesiâ, ejiciendi
scilicet presbyteros de ecclesiis, in illisq; constituen-
di sine consensu Episcoporum, contineri.

Probè ergò tenendum est, Constitutionem juris
12 patronatus Imperatori Justiniano † primitus deberi,
quem alij postmodum in Ecclesiâ secuti sunt. Quan-
do enim Ecclesiastici viderent, incitari hac ratione,
13 sive † hac indulgentia laicos ad fundandas & dotan-
das Ecclesias, illudq; apprimè conducere ad Eccle-
siæ res & opes longè lateq; augendas, ipsimet quoq;
institutum illud probarunt Roch. de Curte. *in tract.*
de jure patron. verbo jus n. 7.

14 Sancta itaq; religio † peperit divitias; adeoque
tam

tam diu fides chara emicuit, quandiu divitiæ non
fufficaverunt matrem: Postquam enim Ecclesiæ sa-
tis dotatæ & opibus auctæ essent; Ecclesiastici juri illi
derogare, † & totam eligendi rationem in beneficiis 15
ad suum molendinum pertrahere conati sunt; adeoq;
partis per religionem divitiis, filia matrem devorare
studuit. Scilicet religionis auctoritas in magna re-
rum & opum exuberantia vix potuit morum tenere
mensuram, teste Salviano *lib. 6. de gubernatione Dei.*

Et quis ignorat querelas olim in diversis regnis
de his Ecclesiasticorum pravis † studiis: de quæ 16.
etiam tota natio germanica in articulis Noribergæ in
Comitiis Imperij Anno 1522. exhibitis conquesta est
tit. *Teutscher Nation Beschwerde von den Geistlichen*
Roch. de Curte verb. Ecclesiam fundavit n. 4. Covarr.
pract. quest. c. 36. n. 1. & seq.

Interea tamen vetum erat, patronos potestate & 17
indulgentia sibi concessa † abusos, dominatum Ec-
clesiarum nonnunquam ambulasse & res donatas pau-
latim ad se traxisse, multisq; existentibus patronis,
propter illorum discordiam divini cultus tenorem
interruptum fuisse. Cui malo Epistolis Pontificum
occursum invenitur *t. noverint 10. quest. 1.* Ubi refer-
tur ex Concilio Toletano IV. Basilicarum condito-
res cognoscere debere, se in rebus Ecclesiarum nul-
lam potestatem habere: & in *c. 1. 2. 3. & seq. Ext. de ju-
re patron.* ubi disponitur, quid juris, si propter discor-
diam patronorum similitates infurrexerunt.

Quæ fuerit ratio introducti juris patronatus,
paulò ante indicata est. Æquum so. visum fuit, † cum 18.
qui pio affectu ductus res suas consecrat Deo & Ec-

26 *Part. I. Cap. V. De jure patron. Eccles. minori,*
clesis, earum rerum proprietate amissa, aliquid sal-
tem juris retinere, quod pietatis ipsius & singularis
in Ecclesiam voluntatis perpetuum monumentum
esset, idq; ad hunc etiam finem, ut alij laici induce-
rentur ad Ecclesias ædificandas & dotandas *gl. in c.*
nobis, verb. in Capella, vers. hoc credo verum jure patron. de
Duar. lib. 5. de benefic. cap. 4.

Quamvis autem dominus sit ejus soli in quo Ec-
clesiam ædificat, aut earum rerum quas Ecclesiæ do-
19 nat; tamen ratio juris non patitur; ut † post dedica-
tionem is locus, aut aliæ res Deo consecratæ, in ejus
dominio manere dicantur: quamvis eo verbo qui-
dam abusi fuerint *c. monasterium 16. q. 7.* Et idcirco
20 Patroni appellatio magis quam Domini † ei conven-
nire dicitur, quasi Ecclesiæ defensor propugnatorq;
tantum sit *Duar. d. loc.*

Potest idcirco etiam patronus, non etiam Domi-
nus, appellatus videri, quod cum eo qui servum
suum manumisit, aliquam similitudinem habeat. Is
21 enim etiam dominus servi manumisi esset desinit. †
& saltem jus quod dicitur patronatus in jure civili in
eum obtinet *tot. tit. ff. de jure patron.*

Ac initio quidem hoc jus inductum est, non ex
22 debito justitiæ (qui enim Deo sua † confert, non
contrahit obligationem; quippe quod aliàs omnia
Dei sunt) sed ex tolerantia & privilegio, adeoque ex
mera gratia, dissimulantibus & conniventibus reli-
giosis sive Ecclesiasticis, ut modò dictum, *Interpp. ad*
c. quoniam de jure patron. & c. Apostolicam de Simonia Pa-
23 *norm. quest. 5. n. 5. & 6.* undè & odiosum & contra †
Ecclesiæ libertatem, adeoque non extendendum esse
dicunt

dicunt Dd. Roch. de Curte verbo, pro eo quod dicefani
n. 19. & in verb. jus n. 7. Rol. à Valls consil. 47. n. 15. lib. 1.
Wesemb. consil. 48. num. 4.

Quamvis autem jus patronatus de jure antiquis-
simo sit ex merâ gratia, uti dictum, cum tamen dein-
ceps gratia in jure scripsea sit, & jus commune assum-
psit, non dicitur † amplius gratia, sed justitia Roch. 24
de Curte verb. jus n. 2. vers. secunda quæro Nicol. Eberh.
consil. 58. n. 8. per c. 3. de jure patron.

Ex præcedentibus constat de vera origine juris
patronatus. Quod si quis verustiore adhuc juris pa-
tronatus originem quærat, ille videat Ignatium Lo-
petz in præf. cap. 54. qui non dubitat asserere, Sacer-
dotia & beneficia Ecclesiastica ad jus patronatus
spectantia, originem à gentilibus † & veri Dei igna- 25
ris Ethnicis trahere; eò quod & illi templa & sacer-
dotes suo arbitratu constituerint, quæ etiam Sacer-
dotia dicta, ut apud Livium lib. 3. & meminit L. 1. C.
ad L. Jul. de ambit. & I. vitricus 6. de donat. int. vir & uxor.

Sic quoq; legitur in historia judicum, Micham
in monte Ephraim idolum sibi † fecisse, & ei ex- 26
truxisse ædiculam, constituisseq; sibi Sacerdotem
cum certo annuo reditu Judic. cap. 17. v. 10. & cap. 18.
v. 19. 24. Sapient. Salom. cap. 14. vers. 11. P. Gregor. lib. 17.
Syntagm. cap. 4. n. 20. & lib. partit. juris Canonici tit. 27.
cap. 1. lit. d.

CAPUT VI.

Jus patronatus Ecclesiasticum, in se
non esse impium, neq; ecclesiis perniciosum,
sed potius pium, utile & retinendum.

SUMMA

SUMMARI A.

Jura Patronatus Ecclesiastica non sunt sublata per constitutionem pacis religionis n. 1. sed observata, tanquam juri divino non contraria num. 2. quia in ea non prohibentur num. 3.

Juris patronatus legitimus usus distinguendus est ab abusu ejusdem num. 4.

Patronus quomodo legitime utatur suo jure patronatus n. 5. quomodo vero illegitime num. 6.

Quomodo hodie utamur jure patronatus in vocatione ministrorum Ecclesiarum n. 7.

Quomodo intelligi debeat, quod. D. Lutherus a se dixit, jus vocandi pertinere ad Ecclesiam n. 8. & 9. & 10.

Lex ab initio utilis, si postea noxia esse incipiat, non est observanda num. 11.

Jus patronatus observatur à quam plurimis piis & religiosis Principibus in Romano Imperio, qui recensentur n. 12.

Juris patronatus manrat verus usus, tollatur abusus n. 13.

EX præcedentibus constat, jura patronatus Ecclesiastica non esse primitus à Pontifice introducta, sed ab Imperatore Justiniano ex piis & prægnantibus rationibus, longè ante jus Canonicum à Gratiano conscriptum & compilatum, constituta: quæ etiam per Constitutionem pacis religionis Augustæ de anno LV. non sublata, sed tanquam juri divino non contraria usq; huc in Ecclesiis Augustanam Confessionem profitentibus constanter retenta & in pio usu observata, dummodò Patronus Ecclesiis nominat Rectores cum recepta in unoquoq; loco doctrina consentientes Recess. Imperij dict. anno 1555. §. damit auch & §. alsdann den Stenden &c.

Dixi

neg. eccl. permisso sum, sed potius pñ, utile & relativum. 29

Dixi, jura patronatus non esse juri divino contra-
ria: quia licet in jure divino † non præcipiantur; 3
non tamen etiam prohibentur. Sic Carolstadio, cum
olim D. Luthero imponeret probare, ubi Deus in sa-
cris literis præcepisset habere imagines in templis;
ille ipsi regerebat, ut doceret, ubi Deus prohibuisset
imagines in templis habere.

Deinde distinguendum est, inter legitimum juris
patronatus usum, & opus ab usum: legitimum exer- 4
citiū non repugnat ordini ac modo vocationi di-
vinitus præscripto: quippè, quod patronus ita legi-
time utitur, suo jure patronatus † in nominando &
presentando, quando Episcopo loci & populo in
illis Ecclesiis & in quolibet liberum iudicium, an presenta-
tioni ac nominandi admittere, adeoq; etiam in voca-
tionem ejus consentire velit: Ministerium Gryphus
waldense d. tract. tit. de jure patron. eccl. D. Gerhard
in locis communib. tom. 6. de ministeria Ecclesiæ, ff. 7.

Magnus autem abusus † juris patronatus est jure 6
Põntificio, quo personaliquæ soli Episcopo præ-
sentatur & nominatur, adeoq; totum negotium vo-
cationis tantum à Patrono presentante, & Episcopo
confirmante, perficitur exclusa penitus Ecclesia Ja-
cob. Heinrich. consil. 22. n. 1. & seq. lib. 3.

At cum hodie in bene constitutis ac reformatis
Ecclesiis, vocationes redactæ sint ad priorē vanc
Ecclesiastici status formam, ut nimirum nullius cle-
rici † aut sacerdotis electio absq; consensu & volun- 7
tate Ecclesiæ, cujus causâ hic agitur, & salus potissi-
mum periclitatur, procedat, quis quæso jure dixerit,
jura patronatus Ecclesiæ non esse à Deo, nec à magi-

F

stratu

30. Part. I. Cap. VI. Jus patron. eccles. in se non esse impu.
stratu politico, adeoq; ea nec juris divini, nec huma-
ni, sed à Diabolo. in fraudem & perniciem Ecclesie
investa esse.

8 Obijciunt, quod D. Lutherus alicubi in scriptis
suis quædam contra jus patronatus † factis duriter
dixerit; quando anno 1523. jus vocandi Pastores &
ministros verbi divini, pertinere ad Ecclesiam scri-
pserit: Unde concludat, Lutheri sententiam esse,
quod jus vocandi & nominandi Pastores non perti-
neat ad Ecclesie patronos, sed ad magistratum Ec-
clesie quovis loco, Ecclesie nomine.

9 Sed ad illud ita † responderetur. Cum revelata luce
Evangelij, pie animæ & Ecclesie, sub tenebris Pon-
tificie tyrannidis gementes; sinceros & fideles Pa-
stres expeterent, qui verbum Dei & Evangelium
Jesu Christi pure docerent: Papistici autem Ecclesia-
rum Patroni, & impij Episcopi, nolent Ecclesiis da-
re pios Pastores; sed lupos & sacrificulos illis obtru-
derent, & vastitatem in Ecclesiis facerent; extrema-
tum coactum necessitate Lutherum, ex verbo Dei
docuisse & demonstrasse; jus vocandi & ordinandi
ministros Evangelij in Ecclesia Christi pertinere,
non ad hostes & persecutores verbi Dei, impios Ec-
clesie Patronos & Episcopos Pontificis; sed ad Ec-
clesiam. *Ministerium Gryphisw. d. tract. Dn. Gerhardus
d. dec. pag. 194.*

10 Unde patet † D. Lutherum non eo animo & sine
illa scripsisse, ut jura patronatus Ecclesiarum in se
recta & ordine in sarpara tolleret aut damnaret, velut
Patronis Ecclesiarum jus suum in denominandis &
presentandis Pastoribus ereptum esse velit, vel eos

suo

neq. eest. permittosum; sed potius plū, utile & resin. 31
suo jure recte uti volentes à vocatōne Pastorum in
Ecclesiis excluderet; sed scripsisse saltem contra Pa-
pisticos Ecclesie Patronos, persecutores Evangelij:
quod sophisticè contra jus patronorum pium,
contra pios Principes, & alios, suo jure & ordine in
Ecclesia uti volentes, torquenti non potest nec debet.
Ministerium Grijpsin. d. loc.

Quibus pro moderationis illius defensione hoc
addendum est: si lex ab initio utilis, postea t̄ iustis
& noxis esse incipiat, quod tunc secundum eam ci-
vitas agere non tenentur, quis tantum legislator esse
viri tribuere videtur, quandiu ejus utilitas duraret.
Bernard. V. sup. illust. quest. sup. 46. Ut exinde etiam
non tam culpandus, quam summè commendandus
sit D. Lutherus, ob singularem & publicam utilita-
tem, docens, jus vocandi Pastores & ministros ver-
bi Dei pertinere ad Ecclesiam.

Denique jus patronatus Ecclesiasticum, sive jus
denominandi & præsentandi Pastores, à piis & re-
ligiosis Principibus quamplurimis, tanquam pium,
utile & salutare confirmatum esse, notorium est; &
testantur Ordinationes t̄ Ecclesiasticæ publicatæ
tempore renati Evangelij, veluti, in Ordinatione Ec-
clesiasticæ Christiani Regis Dantæ; publicatæ anno
1580. Electoris Brandenburgici Marchionis Johannis
Georgij, publicatæ anno 1573. Ducum Pomeraniæ, pu-
blicatæ anno 1574. & repetita anno 1563. Ducum
Holsatiæ, publicatæ anno 1552. Ducum Megapolen-
sium, publicatæ anno 1571. Palatini Wolffen-
Ducis Bavaris, publicatæ anno 1577. Ducis Borussia
Alberti Senioris, Marchionis Brandenburgensis, pu-
blicatæ

38 *Part. I. Cap. VII. De definitione juris*
 blicata anno 1562. Ducis Brunsvicensis Julij, publi-
 cata anno 1569. In quibus omnibus & singulis locis
 jus patronatus Ecclesiarum in nominandis, præsen-
 tandis & vocandis Pastoribus approbatur, quod
 etiam in viridi observantia adhuc, uservatur, modò
 patroni vocandos Ecclesias ante nominent & sistant,
 ut eos videant, & audiant, & libere dicant, si quis
 contra eorum doctrinam, dona, aut vitæ mores, ha-
 beat, quod verè profectè queant.

Concludo itaque, jus patronatus in se non esse
 impium, nec Pontificium significatum, sed à Justinia-
 no Imp. in utilitatem Ecclesiarum et singulari pietate
 constitutum esse: *Magna ergo est vana rei substantia,
 tollatur abusus.*

CAPIT VII.

De definitione juris patronatus
 Ecclesiastici.

SUMMARI A.

- Juris patronatus propriè sic dicti definitio n. 1. & 3.*
- Nomen juris est generale n. 2.*
- Juris patronatus effectus est nominatio, quam vel ipse facit
 patronus, vel alius ex ipsius concessione n. 4. quod decla-
 ratur n. 5. & 6.*
- Jus patronatus differt ab electione & collatione n. 7.*
- Beneficia Ecclesiastica quot modis obveniant n. 8.*
- Ex jure patronatus quæ genus aliqui jus queratur n. 9.*
- Differunt collatio, electio, presentatio n. 10.*
- Episcopus non instituit sine patrono n. 11. quod si nobilitati-
 nus fiat, institutio est nulla n. 12.*

Pre-

Presentatio accipitur largè pro electione n. 13. sed proprie
differt ab electione n. 14.

Institutio fit pluribus modis n. 19.

Institutio differt à Collatione n. 16.

Jus instituendi transit in Capitulum, sede vacante num. 17.

quod Spectat est in jure liberè conferendi n. 18.

Institutio differt à confirmatione n. 19.

Confirmare est quasi firmari firmare n. 20.

Institutio quid sit num. 21.

Jus patronatus quare dicatur ecclesiasticum num. 22. quare

spirituale n. 23. non tamen est mere spirituale n. 24.

Jus patronatus potest per laicum possideri & praefari n. 25.

& transi ab herede n. 26.

Spirituales ratione continentia cadunt in laicos n. 27.

Laius non potest possidere jus patronatus summo jure, n. 28.

sed gaudere, ne hac ratione alij invidentur ad benefa-

ciandam n. 29.

Jus patronatus est jus seculare num. 31. habet tamen aliquod

commune cum rebus spiritualibus n. 32.

Jus patronatus pretio numerario estimari, adeoq. vendi non

potest n. 33.

Beneficij appellatio qualem olim fuerit n. 34. & hodie in hoc

tempore n. 35. & quando beneficium hic accipitur n. 36.

Beneficium quid conferri debet, necessario fit vacans n. 38.

Facta de facina fidei non valent n. 39.

Jus patronatus diversum est à jure Episcopali n. 39.

Patronus non potest ordinare & instituere n. 40.

Jus patronatus tribi jurisdictionibus tribuit patrono in cleri-

cis n. 41.

Jus patronatus certo & legitimo modo acquiritur n. 46.

In jure patronatus possunt plures concurrere, quam unus

n. 43.

1 **D**efiniri potest jus patronatus Ecclesiasticum, quod sit jus sive potestas presentandi & instituendum Episcopo, ad vacans beneficium, sive munus Ecclesie, vel Academie, vel simile, competens ex eo, quod quis Ecclesiam, vel Academiam, fundavit extraxit vel dotavit. *Lañcollor. lib. 2. Instit. juris Canonici tit. 28. §. 1. Causus in forma juris Canonici lib. 2. tit. 29. germanis dicitur Patronus Kirchweiser*

2 Genus in definitione est Jus, quod est & nomen generale, & plus in se continet, quam definitum. Non enim omne jus est jus patronatus: quippe quod & servitutes, obligationes, actiones aliq; jura sint, & per jus definiuntur *tot. tit. Instit. de affect. de obligat. de act. leg. bene è. conuerso dicitur: Omne jus patronatus, est jus.*

Sequentia verba sunt differentia loco, ad discernenda alia jura patronatus, de quibus distansuperius *cap. 4. per tot.*

3 Quando autem jus patronatus Ecclesiasticum in definitione dicitur versari circa presentationem instituendi ad beneficium; eo ipso jus patronatus Ecclesiasticum proprie dicitur ita definiunt. Nam quævis & effectus est juris illius patronatus, quod
4 patronus possit presentare, vel & ipse, vel alius ipsius indultu sive concessione: adeoq; patrono alterutrum horum convenit, ut vel ipse quem presentet instituendum *c. 3. h. tit.* vel ut electum, explicitæ intersit, vel ut jam factam presentationem in assensu comprobet & ratam habeat, ut in presentans, quæ sine institutione per electionem & confirmatus
5 ubi jus patronatus locum sibi vendicat, non ut ali
gen-

gendus per patronum prius præsentetur, sed ut electione facta, ejus assensus sive comprobatio honestè requiratur *c. nobis 25. Ext. de jure patron. c. cum terra 14. c. Sacrosancta 51. Ext. de elect. nisi † forè patronus etiam tractandæ electionis jus habeat d. c. nobis vers. nisi aliter. Canil. dist. tit. 19.*

Undè constare potest, jus patronatus propriè sic dictum, differre ab electione † & collatione. Beneficia enim ecclesiastica non uno & eodem modo obveniunt clorico; sed aut per † electionem *tot. tit. de elect.* aut per postulationem *tot. tit. de postulat.* aut per collationem *tot. tit. de concess. preb.* aut per præsentationem patroni, virtutis juris patronatus *tot. tit. de jure patron.*

Ex jure patronatus † non nisi institutione facta, alicui jus quæritur *c. quod autem 5. C. c. cum autem 24. C. c. pastoralis 29. Ext. de jure patron.*

Sicut enim Collatio est fructus Episcopatus *gl. cum olim de majorit. C. ord. & Electio † est fructus Canoniciatus dicitur ad c. litterarum de restit. spoliat.* Ita præsentatio est fructus & effectus juris patronatus *gl. in c. cum Bartholomæus de re judic.* Undè neq; Episcopus potest alium instituere ipse † patrono *c. illud in fin. de jure patron.* ad eum, si de facto procedat absque patroni consensu, institutio † sic nulla ipso jure per *12 ext. in c. decernimur 16. quasi. 7. c. illud in fin. C. c. ex inscriptione, ubi Panorm. de jure patron.*

Sanò præsentatio laigo modo etiam appellatur † electio *ex ubi Panormia. de jure patron.* At propriè sumpto vocabulo, præsentatio distinguitur † ab electione, ut patet in *cum in illic S. cū autem in pr. de preb.*

nam.

nam præsentatio eadicitur, quæ ad patronum pertinet *Abb. in d. c. nobis*.

Præsentationem sequitur institutio; quæ quidem ¶ pluribus modis fieri potest. Sic namq; tradit Abbas Panormitanus *in c. auctoritate. de instit.* institutionem propriè sumi pro translatione juris non liberâ, à superiore facta, quando præsentatus per patronum instituitur; nam ibi transferretur jus plenum, cum patronus nullum jus spirituale transtulor, sed est illa translatio non libera, quoniam superior volens velens tenetur illud jus conferre in præsentatum, si idoneus est: reperitur *d. c. determinatus ibi*.

16 Et differt in hoc institutio ¶ à collatione, quia Collatio proprie est juris translatio libera: quippè qui habet collationem beneficii, non tenetur conferre isti vel illi, sed liberè conferre, cui vult, dummodò sit habilis & idoneus *c. relatum. Ex. de præbend.*

Undè est, quod jus instituendi & confirmandi ¶
17 transit in capitulum Sede ¶ vacante *c. de instit. in 6. c. cum olim. de major. & minor.* Jus vero liberè conferendi nequitquam in capitulum transit, si collatio ¶ spectabat ad solum Episcopum *ut in c. anic. de sede vacante in 6.*

19 Præterea notanda est differentia ¶ inter institutionem & confirmationem; quam tradit Abbas Panormitanus *in d. c. nobis de jure patr.* Quando præsentat Patronus, tunc superior non simpliciter dicitur confirmare, sed potius instituere præsentatum: Confirmatio namq; fit de electo à Collegio: & dicitur
20 superior confirmare, quasi ¶ simul firmare, quia per electionem jam fuit translatum plenum jus. Undè
insti-

instituire, est † jus in beneficio, in alium transferre, 21
 Panorm. d. loc. cum ibi alleg. Pet. Gregor. lib. 17. Syntagm.
 cap. 4. n. 23. & in partitionib. juris Canonici lib. 1. tit. 28.
 n. 2. Canif. dict. tit. 29. lib. 2.

Et hinc jus patronatus † dicitur esse jus Ecclesia- 22
 sticum; idè scilicet, quod ad Ecclesiæ institutionem
 & usum sacrum sit ordinatum Panorm. in c. consulere
 de Simonia. Exindè etiam nominatur jus † spirituales; 23
 quia est adnexum spiritualitati c. quanto de jud. & de jure.
 de jure patron. quocirca non rectè dicitur † mere spiri- 24
 tuale Panorm. in d. c. quanto. Undè est, quod per lai-
 cum & possideri & præscribi † possit. c. querelam. de 25
 elect. & in heredes † transeat c. 1. de jure patron. c. filii. 26
 16. q. 7. Licet enim spiritualia, secundum Canones,
 non cadant in Laicum, tamen ratione continentiæ
 vel connexionis † optime possunt sec. Archidiacon. in c. 27
 pia mentis 16. quest. 7.

Quoniam, itaq; spiritualibus, adnexa, spiritua-
 lium naturam redolent l. qua religiosi ff. de rei vindicat.
 idcirco laicus juris cujuscunq; spiritualis prorsus in-
 capax d. c. decernimus non potest summo jure † possi- 28
 dere jus patronatus Panorm. in c. 1. de prob. Verum † 29
 gratuite laicis quoq; id lex concessit c. quod autem de
 jure patron. ut † cæteri ad Ecclesiarum constructio- 30
 rem invitentur gl. in c. nobis & c. cum dilectus eod. tit. &
 ne beneficium periisse videretur, qui in sacrum usum
 aliquid conulissent c. cum in officio. de testam. c. ita nos
 in fin. 25. q. 2.

Cæterum etsi revera jus patronatus sit jus † secu- 31
 lare, sive laicale, nimirum, quia à laicis possidetur
 Cujat. ad c. 3. de judic. Gilken. de præscript. p. 3. c. 9. n. 7.

ubi aliquot rationibus probat, jus patronatus secu-
 32 lari juri potius adscribendum esse: tamen illud ꝛ accidens cum rebus spiritualibus commune habet, ut
 ejus nullum sit commercium: quæ de causa, nec vendi
 33 jus patronatus, nec pretio ꝛ nummario æstimari vel
 addici potest *d. c. de jure. de jure patron.* non tam quod
 sit adnexum rebus spiritualibus, quam quod sit in-
 stimabile, quod sit sine pretio pretiosum *Cōjat. ad d.
 c. 3. de judic.*

Additur in definitione, *presentationem fieri ad be-*
 34 *neficium.* Quod beneficii nomen ut intelligatur, ꝛ
 sciendum est, moris fuisse veteribus, prædia quædam
 ac possessiones militibus tribuere, ut hoc beneficio
 devincti, animosiores ad Rempublicam redderen-
 tur. Id factum ab Alexandro Severo, testis est Lam-
 pridius, quem & alij Imp. ante Justinianum securi
 sunt, ut ex eorum constitutionibus apparet *l. 1. C. de
 fund. limitroph.* Et hæc quidem prædia non ineptè
 beneficia à quibusdam appellata, & beneficiarii dicti
 sunt, qui ea possident.

Hunc verò morem, qui in rebus profanis rece-
 35 ptus erat, imitati sunt Ecclesiastici ꝛ viri, & prædia
 possessionesq; ad ministerium Ecclesiæ singulis mi-
 nistris adscriptas. Beneficia appellarunt; eò quod hi
 reditus Ecclesiastici magnam cum illis militibus
 profanisq; similitudinem habere credebantur. Nam
 sicut beneficia militaria ac profana militibus ac pro-
 fanis hominibus ob fidem & obsequia dantur; ita
 hæc sacra beneficia Deo consecrata, ob sacram spiri-
 tualemq; functionem conceduntur.

Quod igitur primum ac præcipuum merito
 habe-

habebatur quondam, id nunc accessionis ejusdam locum rix obtinet, qua in re tanta est indignitas, ut eam dissimulare nemo bonus possit Duarenus *lib. 2, de beneficiis cap. 3.*

Sumitur ergo in proposita definitione *beneficium* pro ministerio Ecclesiastico, vel alio quocumq; beneficio ꝛ patronato, quod ad præsentationem personæ idoneæ per patronum Episcopi conferunt, facta institutione præsentati per patronum Per Gregor. *tract. de beneficiis cap. 11. n. 16.* id quod in hoc tractatu bene notandum est.

Est illud beneficium, uti subjicitur in definitione, debet esse non vacaturum, sed ꝛ vacans, *c. fin. ext. 37 de jure patron.* In beneficiis namq; illud perpetuum est, ut antequam vacent, alteri conferri vel addici non possint *c. 2, 3, 13. & c. fin. Ext. de concess. præb.*

Sic etiam jure civili ꝛ pacta de futura successione non contra personæ viventis, de qua improbe aliquis solitius esse dicitur, rectissime improbantur *l. licet & l. fin. ubi. Dd. C. de pact. l. pactum quod datali C. de collat. lex eos C. de inutilib. stipul. l. qui superstitis ff. de acq. hered.*

Præterea quia patronus nihil amplius habet, quam jus præsentandi clericum ad beneficium vacans, exinde conspicuum est, jus patronatus longè aliud & diversum esse a ꝛ jure Episcopali. Nam licet laicus Ecclesiæ, quam forte exædificavit & dotavit, patronus sit, ad id, ut defuncto Rectore Ecclesiæ alium in ejus locum nominet & offerat Episcopo, tamen eum ordinare, instituere ꝛ præficere Ecclesiæ, itemq; de causis juris patronatus ipse cognoscere non potest, sed pertinet hoc ad Episcopum *c. cum laici de jure patron. Cujat. ad d. c. 3. de judic.*

Ad hocque jus patronatus patrono nihil juris vel
 41 jurisdictionis tribuit in personam clerici ꝛ presentati
 & instituit: quia omnino separata sunt, jus patrona-
 tus, jus Episcopale, jurisdictio: sed pertinent prædi-
 cta ad Episcopum, cui suprema inspectio & potestas
 tam in res, quam in personas Ecclesiasticas competit,
de quo latè dictum ad Nov. 47. n. 9. & seqq.

Præterea quando additur in definitione, jus pa-
 tronatus competere illis qui, Ecclesiam, vel Academiam, vel
 aliud beneficium ecclesiasticum fundant, hoc præinducitur,
 42 jus illud debere acquiri ꝛ ex justa & legitima causa,
 quia scilicet quis fundavit, vel construxit, vel dota-
 vit: de quibus modis constituendi & acquirendi di-
 cetur inferius cap. 13.

Denique quia in constituendo jure patronatus
 43 etiam plures concurrere possunt, quam ꝛ unus, ut si
 unus fundum det, alter superædificet, tertius verò
 dotet; exinde additum in definitione, jus patronatus
 aliquem vel solus, vel cū uno & altero consorte con-
 stituere & acquirere: quod itidem suo declarabitur.

CAPUT IIX.

De divisione juris patronatus gene-
 raliter accepti, in jus patronatus civile tanquam
 antiquius; & jus patronatus Ecclesiasticum, quod
 recentius; itemq; de differentiis & convenien-
 tiis inter utrumq; illud jus patronatus.

SUMMARIA.

Juris patronatus duæ species n. 1. aliud est méré civile n. 2.
 aliud Ecclesiasticum in specie n. 3.

epocha

Qui.

civili & Ecclesiastico, quomodo diff. & conveniant. 71

Quibus modis conveniat jus patronatus inter civile cum jure patronatus Ecclesiastico n. 4. 5. 6. 7. 8.

In quibus differat utrumq; jus patronatus inter sese n. 9. 11. 12. 13. 14. 15.

De significatione vocabuli Mansi n. 10.

De jure patronatus Ecclesie quod ob manumissionem consequitur in Ecclesiasticum libertum n. 16. de eo singularia quadam jura n. 17. 18. servos hodie non habent, nec Ecclesia, nec privati n. 19.

Definitionem juris patronatus sequitur ejusdem divisio. Sunt autem juris patronatus in genere accepti duæ species; Est jus patronatus inter civile, quod habet dominus ob manumissionem in libertum, de quo saltem agitur in jure civili tot. tit. de jure patronatus & tit. de operis liberti. & tit. de obseq. parentib. vel patrono prest. est etiam jus patronatus Ecclesiasticum, quod paulo ante in præcedenti capite, definivimus, cujus sedes est in Novellis Constitutionibus Nov. 57. & Nov. 123. & Nov. 67. Et in jure Canonico tot. tit. de jure patronatus.

Sed cum jus patronatus civile, & jus patronatus Ecclesiasticum in plerisque inter se conveniant, in quibusdam autem etiam à se invicem differant, quod idcirco de iis pro maiori evidentia videbimus.

Convenit jus patronatus civile, cum jure patronatus Ecclesiastico in eo. Primo quemadmodum patronus in auctoramentum datæ libertatis succedit liberti ab intestato ex L. XII. tabb. si sui heredes non adline in princ. Instit. de success. Liberti. cum alias, si non manumississet, omnibus juribus dominicæ potestatis in ipsum uteretur: Ita etiam patronus Ecclesi-

fiasticus, qui fundavit, construxit, dotavit Ecclesiam aut aliam ædem sacram, fit in remunerationem defensor & propugnator ejus Ecclesie, & consequitur jus nominandi & præsentandi aliquem in locum vacantem.

6 Secundo, quemadmodum ¶ libertus debet honorem patrono: ita etiam patronus habet honorem & prærogativam in processione & sessione.

7 Tertio ¶ quemadmodum libertus tenetur alere patronum si pervenerit ad extremam paupertatem *gl. in l. 5. C. de obseq.* Ita etiam Ecclesia tenetur patrono egenti suppeditare alimenta.

8 Quarto ¶ & postremò, quemadmodum patronus servum manumittens amittit dominium servi: Ita quoque patronus Ecclesie post dedicationem & fundationem amittit dominium rei in Ecclesiam collatæ, & saltem consequitur jus patronatus.

9 Differt jus patronatus civile, a jure patronatus ¶ Ecclesiastico in eo: Primo, quod dominus in manumissione servi potest sibi reservare aliquas operas & servitia præstanda post manumissionem *l. qui ex causa & tot. tit. ff. de oper. libert.* At fundans vel extruens, vel dotans Ecclesiam, non potest sibi reservare ullum censum, vel redditum annuum in signum recognitionis, ne quidem cum consensu Diæcesani. Quod si tamen dos vel fundatio mansum agri, vel necessarios sumptus ad sustentationem Ecclesie excesserit, Patronus etiam Ecclesiasticus potest sibi cum consensu Episcopi reservare aliquem redditum in signum recognitionis *c. 1. de censib. c. dilectus de consuet. s. cum sicut. de consecrat. Eccl. vel altar.*

De

civili & Ecclesiastico, quomodo diff. & convenient. 43

De significatione vocabuli † *Mansi* tractat glossa 10
m d. c. 1. de censib. ubi mansum vocat agrum, unde per-
cipitur frumentum vel vinum ad eucharistiam faci-
endum *Zaf. de feud. tit. ad quid v. assilui teneat. dominò.*
Cujat. lib. 1. feud. tit. si de invest. feud. contròv. fuer. ubi
dicitur, Mansum esse vocem vernaculam Italorum,
significantem agrum sive fundum, qui duobus bo-
bus ad laborandum in annum sufficit.

Alter a † differentia est in causis acquirendi. 11
Nam in jure patronatus civili, unica tantum est cau-
sa acquirendi, videlicet manumissio. Jus vero pa-
tronatus Ecclesiasticum ex pluribus & variis causis
acquiritur, ut suo loco dicitur.

Tertiã † differentia consistit in modo acquiren- 12
di jus patronatus. Dominus enim servi manumissi
statim per ipsam manumissionem consequitur jus
patronatus; & ei iterum renunciare potest *l. non potest*
C. de bon. libert. At patronus Ecclesiasticus juri patro-
natus renunciare & alteri cedere in præjudicium Ec-
clesiæ non potest *c. Episcopus 12. q. 1. Boich. de jure pa-*
tronat. cap. 8.

Quartò, † jus patronatus Ecclesiasticum habet. 13
adnexum jus spirituale *c. quanto Ext. de judic. c. ex lite-*
ris Ext. de jure patron. At jus patronatus, quod habet
patronus in libertum, est merè civile & seculare.

Quintò † jus patronatus Ecclesiasticum potest 14
esse penes plures heredes in solidum, & est indivi-
duum quoad effectum præsentandi *c. 1. & 2. de jure*
patron. At jus patronatus civile Domini saltem ipso
intellectu dividuum est quoad plures dominos *§. fin.*
Inst. de stipulat. serv.

Sextò

15 Sextò & postremò † in manumissione non requiritur consensus alterius: at ad consequendum jus patronatus in Ecclesia requiritur consensus Episcopi *Nov. 67. Ut nullus fabricet oratoria præter voluntatem Episcopi.*

Non tantum autem privati ob manumissionem
16 in libertum consequuntur jus patronatus: sed etiam † est jus libertorum Ecclesiæ, ut scilicet servi manumissi, & clericali ordini obligati, manumittenti Ecclesiæ teneantur dum vixerint impendere famulatum in obsequiis divinorum, neq; possint se ad aliam Ecclesiam transferre, nisi manumissi fuerint absolute.
c. eo libertas 6. de servis non ordin.

Singularia namq; jura patronatus Ecclesiæ sunt extra communes regulas privatorum in libertos.
17 Primò † quod propter operas non præstas revocentur liberti in servitutem *c. diaconi c. liberti Ecclesia 61. & seq. 12, 9, 7. c. qui ex familia 54. dist.* Aliud autem est in privati liberti *l. obsequij ff. de liber. caus.*

18 Secundò † quod filij libertorum Ecclesiasticorum sunt obnoxij Ecclesiæ patronatæ *c. de libertis & c. liberti Ecclesia 66. 2. q. 2. ubi ratio additur, quod nunquam moriatur Ecclesia.* Quod aliter statuitur in filiis libertorum privatorum *l. 1. & 2. C. de liber. & cor. lib.*

Hodie in tantum Ecclesia invaluit & aucta ut vix nec Ecclesia, nec Christiani possideant aut
19 habeant † servos Christianos ejus juris, cujus erant servi antiquorum *Pet. Gregor. lib. 2. partit.*

jur. Canonici tit. 4. cap. 3. n. 2.

per tot.

CAPUT

CAPIT IX.

De subdivisione juris patronatus Ecclesiastici, in Ecclesiasticum in specie, & Scholarum, tum Regiarum sive publicarum, tum privatarum: Item, in jus Ecclesiasticum populare, sive laicum, & Ecclesiasticum.

SUMMARI A.

Jus patronatus est vel Ecclesiarum, vel Academiarum, aliarumq; Scholarum: vel seculare, vel Ecclesiasticum n. 1. 2. Ecclesiasticum quid n. 3. declaratur n. 4.

Laicis quare licitum jus patronatus possidere n. 5. Illi tamen exinde non dicuntur persone Ecclesiastica n. 6.

Jus patronatus laicum & Ecclesiasticum quomodo differant n. 7. an & quando presumatur laicum vel Ecclesiasticum n. 8. 9. 10. 11.

Quibus aliis modis differat jus patronatus Ecclesiasticum, à jure patronatus laico n. 12. 13. 14. 18. 19. 20.

Patronus laicus potest variare; Ecclesiasticus non item n. 16. ratio diversitatis n. 17.

Laicis major gratia competit in jure patronatus, quam Ecclesiasticis n. 21. ejus ratio n. 22.

Juris patronatus natura aliquando variatur, ita ut ex Ecclesiastico fiat laicale, & contra n. 23. & 24.

Jus patronatus Ecclesiasticum generaliter acceptum, est vel Ecclesiarum, vel Scholarum, tum Regiarum † sive Academiarum, tum privatarum sive trivialium. Rursus jus patronatus Ecclesiasticum dividitur à Canonistis ratione materię in populare † sive Laicum, aliàs seculare, & Ecclesiasticum 2

26 Part. I. Cap. IX. De duplici subdiuisione
Roch. de Curte tract. de iure patron. verbo jus n. 13. text.
in c. unic. de iure patronat.

3 Ecclesiasticum est, quando ex f. Ecclesiæ bonis
constituitur vel dotatur Ecclesia. Jus patronatus lai-
cum est, quando quis, siue clericus siue laicus sit (cle-
rici enim quoad patrimonialia in plerisq; comparan-
tur laicis gl. in c. in possessione 16. q. 4.) ex rebus proprij
atq; domestici patrimonij beneficium Ecclesiasticū
fundauit, vel construxit, vel dotauit gl. ordinaria &
Clement. 2. de iure patron. & Panorm. in c. illud Ext. ord.

4 Non distinguitur itaque, clericus an uero laicus
sit, qui fundauit seu construxit, modò f. si ex rebus
& bonis propriis patrimonialibus id factum Covarr.
pract. quest. cap. 36 n. 2. verb. distinguitur.

5 Quamuis itaq; laici spiritualia possidere neque-
ant, illud tamen non obtinet in iure patronatus,
quod f. laici ex gratia eis concessa rectè possident:
id quod ita constitutum est, ut & alij laici hac ratio-
ne inuicentur ad parem liberalitatem & beneficen-
tiam in Ecclesiarum fundationes Abb. in c. 1. princ.
de prebend.

6 Neq; exindè dici debet, laicos esse personas Ec-
clesiasticas. Nam jus patronatus eis illam qualitatem
non tribuit, sed saltem hoc, ut consequantur jus pa-
tronatus laicorū, siue tres illos juris patronatus fru-
ctus, honores, oneris & utilitatis: & saltem tunc esse
de foro Ecclesiastico, quando de iure patronatus
agitur c. quanto de iudic. ubi Cajet. Et hinc dici potius
causam ecclesiasticam, quam personam Ecclesiasti-
cam, tradit Lambertinus de iure patronatus 5. artic. 1. C.
quest. princ. n. 1.

Quia

Quia itaq; jus patronatus Ecclesiasticum dicitur, quando de bonis Ecclesiasticis sive rebus † Ecclesiæ 7 fundatum: & laicale, quando de bonis propriis: Exindè patet: attendi bona, ex quibus jus patronatus fundatur; non etiam personam fundatoris: ut in simili dicitur de jure patronatus erecto à clerico de proprio patrimonio Achil. de Grassi. *decis. de jure patron.* quia non refert patronum esse clericum: siquidem & is patronus laicis adnumerabitur, si jus hoc nactus fuerit ratione proprii patrimonij: quod omnium consensu receptum extare, testatur Covarruvias *d. cap. 36. n. 2. vers. distinguitur in fin.* Mascard. *de probat. concl. 959. n. 9.*

Cæterum si à persona Ecclesiastica fuit fundatum jus patronatus, tunc † præsumitur ecclesiasticum 8 *c. cum autem c. propter c. cum pastoribus c. cum dilectus de jure patron.* Mascard. *d. concl. 959. num. 1.* At fundatum à persona Ecclesiastica de suis bonis patrimonialibus, tum præsumitur laicale, non obstante illa qualitate Ecclesiastica personæ *gl. in clement. plures in verb. presentare de jure patron.* Mascard. *d. loc. n. 9.*

Quod si verò † illud relictum sit alicui personæ 9 Ecclesiasticæ, tunc licet ex bonis patrimonialibus sit fundatum jus patronatus, nihilominus ex quo transit in personas Ecclesiasticas, censetur Ecclesiasticum & non laicum *c. unic. de jure patron. in 6.* Cavarr. *pract. quest. cap. 36. n. 5. vers. secund. illud erit observandum &c.* Mascard. *d. loc. n. 11.*

In dubio autem jus † patronatus præsumitur à 10 laicis acquisitum ex legitimis modis, puta, constructione, dotatione vel fundatione *c. 3. de jure patro-*

48 *Part. I. Cap. IX. De duplici subdivisione
natus Covarruv. cap. 36. num. 6. Quarta est in hac que-
stione &c.*

II At quando fit mentio juris patronatus, quod tunc in dubio intelligatur de jure patronatus Ecclesiastico, tradit Riccius Aloysius *decis. juris patronatus 186. num. 183.*

12 Deinde differt jus patronatus ¶ Ecclesiasticum à seculari sive laicali; quod personæ Ecclesiasticæ acquirant jus patronatus, etiam si fundatio, constructio, refectio & dotatio Ecclesiæ facta sit ex redditibus alterius *gl. in clement. 2. h. tit. Covarr. d. cap. 36.* Laicus verò non acquirit jus patronatus, nisi propriis sumptibus Ecclesiam fundaverit, construxerit, vel dotaverit.

13 Tertia ¶ differentia est, quod seculari sive laico patrono ad presentandum dentur quatuor menses *c. quoniam 6. 3. in fin. jure patron.* at si clerico sive Ecclesiastico competat, debet ille hoc peragere intra sex menses *c. caus. 22. ubi Butrio & Boich. de jure patron.*

14 Quarto ¶ differt jus patronatus utrumq; inter sese, quod patronus Ecclesiasticus magis Ecclesiæ subiectus est quam Laicus. Nam legatus de latere potest conferre Ecclesiam spectantem ad patronum Ecclesiasticum: at ille legatus vel prælatus, non potest conferre vel sibi reservare talem Ecclesiam ad patronum laicum *c. cum dictus de jure patron.*

15 Quinto ¶ jus patronatus laicorum pinguis & fortius est, quam jus patronatus Ecclesiasticum:

16 quia patrono ¶ laico variare, ad eòq; plures successi-
ve presentare licet, unum alteri accumulando, non
revocando priorem: at patrono Ecclesiastico non
licet

licet variare post præsentationem, sed uni semel præsentato adherere cogitur: cum talis præsentatio conferat jus, & habeat vim electionis: quod secus est in præsentatione patroni laici. *cum autem 24. & c. quod autem 5. Ext. b. tit. Roch. de Carte d. loc. n. 28. & 24.*

Diversitatis ratio ¶ est: quia patronus Ecclesiasticus habet longius tempus ad præsentandum, quam laicus, & ideo variare non potest *gl. in c. constitut. secundo de appellat. & in c. cum vos. de offic. ordin.*

Sexto loco ¶ addo hanc differentiam: quod in translatione Ecclesiastici juris patronatus in aliam Ecclesiam, vel in alium locum religiosum, consensus Episcopi non exigitur: quod secus est in jure patronatus seculari *c. unic. hoc tit. in 6.*

Septimo differunt ¶ in eo patroni Ecclesiastici à 18 laicis; quod possint exigere rationem de possessionibus ac bonis Ecclesie temporalibus *juxt. c. cum & placitare §. in Ecclesia Ext. de privileg. Abb. in c. de Monachis de prebend. habent nempe custodiam & administrationem Ecclesie per text. in c. bone de appellat. ubi Pat. normit. in c. notabili tibi dicit, hoc secus esse in patrono laico, quia ubi patronus est laicus, quod tunc custodia & gubernatio Ecclesie vacantis pertineat ad Episcopum, qui subest Ecclesia Modest. Pistor. consil. 43. num. 27. vol. 1.*

Octava differentia ¶ versatur circa derogationem, quomodo nimirum juri utriq; derogetur. Ecclesiastico juri derogatur, si collatio à summo Pontifice facta sit, etiamsi nulla fiat mentio patronatus in literis: ac laicis de jure suo non aliter censetur derogatum, quam si derogationis formula literis Pontificiis

50. Part. I. Cap. X. De his qui jus patronatus
expressè sit inserta Covarr. pract. quest. 36. n. 1. Et seqq.
Roch. de Curte in verbo honorificum quest. 3. exceptis
duobus casibus, quas recenset.

Ex præcedentibus patet, in toto hoc genere, ma-
21 jorem tribui gratiam ꝑ populo, idq; adeo, ut excita-
22 ti ꝑ ejusmodi privilegiis, alij reddantur tanto libera-
tores ad parilem beneficentiam, & adstringendas sibi
similibus beneficiis Ecclesias gl. in c. nobis verbo in ca-
pella, vers. hoc credo verum. de jure patron.

Illud adhuc omninò observandum; licet jus pa-
23 tronatus originem habuerit ex patrimonio ꝑ alicujus
laici, quod ejus natura tamen mutetur, si vel ab ini-
tio, vel postea, donatione, testamento, aut alio quo-
vis titulo lucrativo vel oneroso transferatur in Ec-
clesiam, aut in Collegium Canonicorum, ut scilicet
ad illud collegium pertineat præsentatio, hoc jus pa-
tronatus plane dici jus patronatus clericorum & Ec-
clesiasticum, non laicorum c. unic. §. ult. h. tit. in 6.

24 Idem jus est, ꝑ quando mutatio fit è converso, si
scilicet jus patronatus Ecclesiasticum in ordinem lai-
cum titulo oneroso aut lucrativo transferatur Co-
varr. d. loc. num. 5.

CAPUT X.

De his qui jus patronatus Ecclesia- sticum sibi acquirere possunt.

SUMMARIA.

Jus patronatus acquirere possunt, qui honorem domini sunt
n. 1. nisi specialiter prohibeantur. n. 2. tam vires quam
femina n. 3. ratio n. 4. Et 5. tam laici quam clerici n. 7.
etiam

Ecclesiasticam sibi acquirere possunt. 31
etiam meretrices, si modo Christianae sint n. 8. occurri-
tur objectioni n. 9. etiam excommunicatae & illegitime
natae n. 10. quod amplificatur n. 11. & 12.

Meretrix turpiter facit, sed non turpiter accipit num. 13.
ideoque, de meretricio quaestu potest jus patronatus ac-
quirere num. 14.

Heretici, Pagani, Judaei, Turcae sunt infideles, idcirco non
possunt constituere jus patronatus n. 15. Ratio num. 16.
quod explicatur de heretico n. 17. neq; Schismatici n. 18.
quod limitatur n. 19.

Universitas qualiter acquirat jus patronatus n. 20. & qua-
tenus Princeps n. 21. item pupillus infans 22.

Jus patronatus † acquirere possunt omnes qui
cunq; habent liberam rerum administrationem &
dominium: nisi specialiter prohibiti † aut excepti
sint *arg. l. 1. §. 1. de procurat. & l. prator 12. de judic.* Nam
jura concedunt illis jus patronatus, qui existunt,
fundant & dorant Ecclesiam *c. filius 16. q. 7. c. quoniam*
& c. nobis h. tit. Et quidem utriusq; sexus hominibus,
tam foeminis quam † maribus. Licet enim jura tri-
buentia jus patronatus loquantur in masculino ge-
nere: tamen masculinum † comprehendit foemini-
num *l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de legat. 2. l. 1. de*
verb. sign. c. si quis suadente 17. q. 4. junct. c. mulieres de
sentent. excommunic. Nam in his quae spectant † ad
cultum divinum, non est distinctio apud Deum, si-
ve masculus sit, si-ve foemina: omnes enim meredem à
Domino expectare possunt *Galat. 3. & c. 1. 29. q. 6. &*
de conjug. leprof.

Et sic † Comitissam quandam habuisse jus patro-
natus, traditur *in l. fin. de concess. prob.* Quod ipsum
etiam

32 *Part. I. Cap. X. De his qui jus patronatus*
etiam in privata foemina obtinere, scribunt Abbas
& Ant. Butrio *in d. c. fin. Roch. de Curte verbo, Quibus*
comprest. num. 1.

7 Sic nec interest, laici sint ¶ an clerici: quia & laici
possunt sibi legitimis modis acquirere jus patronatus
c. nemo de consecrat. e. generalis de elect. c. fin. de concess. prob.

8 Sed an foemina quæ meretrix est, possit esse pa-
trona? dubitatum olim fuit. Sane si meretrix ¶ est
Christiana, non denegandum illi acquirere jus patro-
natus. Neq; impeditur inhonestas meretricis, & quod

9 jus patronatus est honorificum; Nam ¶ jus patro-
natus principaliter gratiose conceditur, non propter
favorem laicorum, sed potius in beneficium Ecce-
siasticum, & ut hac ratione invitentur laici ad Ecce-
siarum fundationem *c. quoniam ubi Panorm. b. tit. ut*
exinde attendendum non sit, an persona Ecclesiam
fundans sit meretrix, vel excommunicata *Roch. de*

10 *Curte. d. loc. n. 4. § 5. vel illegitimè ¶ nata; legitima-*
ta sive non legitimata; non tantum in consequen-
tiam, quando ¶ nimirum succedit in hereditate reli-
ctæ à transversalibus vel extraneis, cui adnexum est
jus patronatus, ut voluit Baldus *consil. 322. Incip. pra-*

12 *mittendum est.* sed etiam principaliter, quando ¶ ei
donaretur vel legaretur jus patronatus, vel etiam si
ipse Ecclesiam vel capellam fundaret *d. c. pia mentis &*
d. c. frigentius ubi dicitur, quod omni Christiano jus
patronatus competere potest. Et cur de negaremus
ei hanc facultatem, cum sit moderatrix rerum sua-
rum? *l. in re mandata C. mand.*

13 Quin licet meretrix ¶ turpiter faciat, non tamen
turpiter accipit: unde ad restitutionem non tenetur

Lidem

ecclesiasticum sibi acquirere possint. 53

l. idem quotiens ff. de condict. ob turp. caus. Quocirca si meretrix ipsa de meretico quæstu facit eleemosynam, seu constituit † Ecclesiam, acquirit etiam absq; 14 dubio jus patronatus *gl. in verbo illicitis & Archidiaconus in c. non est putanda 1. quæst. 1.*

Quia ergo jus patronatus saltem à fidelibus seu Christianis acquiri potest, *d. c. pia mentis d. c. frigen- tius c. quicumq; fidelium 16. q. 7.* idcirco non poterit fundare ecclesiam, & acquirere jus patronatus, Paganus, Judæus, Turca, imo † nec hæreticus: quia separatus 15 à fide non potest uti legitimis Christianorum juribus & privilegiis *l. quicumq; l. quoniam multi C. de heret. Videntur etiam hæretici destituti facultate fundandi & dotandi, quia † bona, quæ ante hæresin habue- 16 runt, fisco applicantur l. Manicheorum C. de heret. c. cum secundum leges eod. tit. in 6. Panorm. in c. 18. & 25. b. tit. Pet. Gregor. de beneficiis Eccles. cap. 13. n. 2.*

Scribit tamen Lambertinus *de jure patron. 8. quæst. princ. secundo artic. num. 2.* usu introductum esse, patronatus jus, patrono in hæresin lapsò, hodie † non 17 ad fiscum transire; sed remanere penes Ecclesiam, quæ in effectu fiet libera.

Proximi hæreticis sunt † Schismatici *c. inter here- sin 24. quæst. 3.* ut exinde nec illis tutum sit permittere 18 Ecclesias ædificare, ne eas subtrahant ab unitate Pet. Gregor. *d. loc.*

Sed religione mutata, hodie nihilominus patro- nus, † dummodò Rectores † Ecclesiis nominent, 19 qui consentiunt cum recepta in unoquoq; loco do-ctrina Decreto Imperij de anno 1551. §, *damit auch & §. also dann auch den Ständen &c.*

I

Uni-

20 Universitas & civitas † quodq; potest acquirere jus patronatus, si quando ex bonis universitatis Ecclesia vel monasterium exstruatur: nam illi soli acquirunt sibi jus patronatus, qui de suis propriis bonis Ecclesias fundant & dotant. Hinc jus patronatus ad Principem † aliquem, ideo quod subditi ejus dotarunt, non pertinere, in specie probat Modestinus *Pistoris consil. 43. num. 22. vol. 1.* Nam sicut Imperator non est dominus rerum particularium, ut inquit Bartolus *in proom. Digest. & in l. 1. §. per hanc ff. de rei vindicat.* ita & quilibet Princeps in territorio suo, non est dominus rerum sive bonorum particularium ad subditos suos pertinentium: & idcirco neq; per dotationem privatorum consequi potest jus patronatus *Modest. Pistor. d. loc.*

Sic in simili dicitur: si ex eleemosynis populi monasterium aliquod factum & dotatum esset, quod ex hoc jus patronatus non competat Universitati ubi ille populus est Joh. Andr. *in c. unic. b. tit.*

22 Deniq; jus patronatus competere posse pupillo † vel infanti, tenet Archidiaconus *in c. discernimus in pr. 16. quest. 7.* fatetur tamen, quod infans, qui nondum habet septem annos, præsentare non possit; sed tutor ejus Abb. *in c. fin. in fin. de concess. prab. Roch. de Curt. d. loc. n. 12. & seqq. tit. jus patronatus quibus competat.*

CAPUT XI.

De initiis & causis, quibus inducitur
sive constituitur & acquiritur jus
patronatus.

Sux-

S U M M A R I A.

Jus patronatus non descendit ex magistratus potestate n. 1. sed ex beneficiis in Ecclesiam collatis n. 2.

Differentia inter juris patronatus acquisitionem de jure Justiniano, & jure Pontificia n. 3. 4. & 5.

Jus patronatus acquiritur etiam prescriptione & privilegio n. 6. 7. acquisitum transfertur ad alios, quatuor modos n. 8. modi acquirendi non sunt extendendi n. 9.

Jus patronatus non venit ex magistratus potestate † vel dignitate, dieò quod qui in magistratu est I
habeat merum mixtumq; Imperium & omnimodam jurisdictionem : sed descendit † à liberalitate & 2
beneficiis in Ecclesiam collatis, quæ jus patronatus compensat. Sic enim Imperator Justinianus constituit: si quis non solum † templum, vel oratorium, 3
vel alium locum sacrum constituat; sed etiam idem ipse necessarios sumptus ad Clericorum alimentationem, ac religiosæ domus custodiam conferat, ut ille templi vel oratorij illius sit patronus, & jus patronatus habeat *Nov. 123. cap. 18. & Nov. 57. cap. 2.*

Sed Pontifices postea illud ita mitigarunt † hoc 4
modo, ut omnia simul concurrere in uno & eodem non sit necesse: sicut enim modi constituendi & acquirendi inter se distincti, ita sufficit, ut unus duntaxat ex iis modis ad jus patronatus consequendum possit sufficere, ita nimirum, ut alius fundum assignet, alius dotet, alius autem construat *c. monasterium 16. q. 6. c. nobis de jure patron.*

Undè est, † quod etiam tres patroni in eadem 5
Ecclesia concurrere possint, unus videlicet, qui det

56 Part. I. Cap. XI. De consensu Episcopi necessario ad
fundum ad ecclesiam constituendam, alter quispiam
qui exstruat Ecclesiam, & tertius qui ecclesiam fun-
datam & exstructam dotet Joach. Steph. lib. 4. de ju-
risdict. Ecclesiast. cap. 13. n. 10. & 11.

- 6 Jus patronatus acquiritur etiam præscriptione †
7 c. circa 11. ibi, nisi fuerit legitima præscriptione † mu-
nitus b. tit. Itemque privilegio Menoch. lib. 5. consil.
402. num. 6.

Præterea jus patronatus semel prædictis modis
acquisitum, transfertur in alios, qui tùm hoc ipsum
itidem acquirunt: † quod fit quatuor modis, succes-
sione hereditaria, permutatione, donatione sive le-
gato, & venditione universitatis bonorum ratione,
cujus competit *gl. ad Dd. in c. cum seculum de jure patron.*

Nemini itaque jus patronatus competit, nisi vel
ipse, vel alius à quo causam altero hujusmodi prodi-
torum modorum habeat, acquisierit uno de superio-
ribus modis Panorm. *ad d. c. cum seculum. Uran. consil.*
18. n. 3. tom. 2. Et quia laicus hujus juris fit saltem ca-
pax ex gratiâ effectus, non debet extra † illos modos
fieri extensio Abb. *consil. 19. Attingam. n. 2. & 3.*

Prædictos modos sequentibus capitibus plenius
& planius explicabo: modò prius præmiserò, præter
prædictos modos, necessarium etiam esse consensum
Episcopum loci.

CAPUT XII.

De consensu Episcopi necessario ad
consequendum ex fundatione, ædificatione
& dotatione jus patronatus.

SUM-

SUMMARIA.

Ad consequendum jus patronatus præter fundationem, constructionem & fundationem, requiritur adhuc consensus Episcopi vel Prælati loci n. 1. si ve acquirens sit laicus si ve clericus n. 2. Rationes illius juris n. 3. 4. 5. 6.

Exstruens Ecclesiam absq. consensu Episcopi, non meretur nomen ecclesie n. 7. & destrui potest n. 8.

Sufficit si ex intervallo consensus Episcopi interveniat n. 9. ratio ejus n. 10. quod declaratur n. 11. occurritur objectioni n. 12. aliorum hac de questione sententia recensentur num. 13. & 14. quid si Episcopi copia haberi non possit? num. 15.

Consensus Episcopi aliquando intervenisse præsumitur ex cursu temporis n. 16. quod explicatur n. 17.

In acquirendo jure patronatus non est necessaria specialis auctoritas Episcopi. n. 18. & 19.

MAnifesti juris est, per solam fundi assignationem, ædificationem aut restorationem & dotationem non acquiri jus patronatus, sed desuper requiri & necessarium esse consensum Episcopi † illius loci si ve diæcesis in qua Ecclesia fundatur, vel etiam Diæcesani aut Prælati habentis dignitatem Episcopalem c. piæ mentis 16. q. 7. c. quod autem 5. in fin. c. cura pastoralis 11. c. nullus 17. c. suggestum 20. de jure patron. Abb. in c. 3. d. tit. citra considerationem, si ve † sit clericus, si ve laicus, qui Ecclesiam fundavit vel construxit c. nobis c. cum pastoralis & c. illud b. tit. c. 1. de relig. domib. cap. fin. Ext. de concess. præb. c. piæ mentis c. frigidius c. considerandum 16. quæst. 7. Wesenb. consil. 48. num. 13.

3 Ratio est: tum quia permittendum † privatis non fuit pro beneficiis in Ecclesiam collatis, eidem servitutum ex privato arbitrio imponere, vel absque metropolitani consensu jus publicum constituere & acquirere *d. c. pia mentis 16. quest. 7. c. quod autem 5. in fin. c. cura pastoralis 11. c. nullus 17. c. suggestum 20. h. tit.*

4 Tum † quia Episcopi est examinare locum erectionis Ecclesie, & dotem disponere, qualiter sit regenda & gubernanda Ecclesia *Nov. 5. de Monachis cap. illud 1. c. nemo de consecrat. dist. 1. Calderin. consil. 20.*

5 Tum † quia dignum est, ut Episcopus interveniat ad intelligendum sive cognoscendum, quomodo dos sit constituta, & an sit congrua sive sufficiens: quin & posset contingere, quod ille qui dotat, talis sit, qui forte ad jus patronatus non erit admittendus *Calderin. d. consil. 20.*

6 Tum quia † accidere potest, opus quidem inchoari, sed non consummari; quibus omnibus in principio occurrendum est *Abb. consil. 85. vol. 2.*

Merito itaque requiritur consensus Episcopi: quod adeo obtinet, ut si secus factum sit, & quis contra Episcopi consensum edificet, edificium illud constructum non mereatur † nomen Ecclesie, sed sit instar prophanæ ac privati edificiij, quod tanquam tale demoliri possit *c. cum aliam §. insuper. de privileg. c. placuit 1. quest. 2. Nicol. Delphin. lib. 1. de jure patron. n. 97. §. sed ex hoc quæro.*

At an initio intervenire Episcopi consensum oporteat; an vero sufficiat, si ex intervallo ab ipso interponatur? quæstionis est. Canonistæ communiter contendunt, sufficere ratificationem, sive talem

consequend. ex fundatione, edific. & donat. jus patron. 59
lem consensum post constructionem † ædificij acce-
dere. *per text. in c. cura pastoralis & c. cum seculum & c.*
suggestum h. tit. Abb. in d. c. cura & consil. 89. vol. 1. Et
Episcopi consensum posse intervenire etiam postea,
communem opinionem ita habere, testatur Zaba-
rella *consil. 6: sub. tit. de jure patron. Vt et. consil. 48. n. 13.*

Quæ sententia juvatur vulgari illa theoricæ:
quod in omni actu, in quo requiritur † alterius con- 10
sensus, possit consensus ille sequi: adeò quidem, ut
si appareat Episcopum malitiosè & sine rationabili
causa consensum denegare, per superiorem compelli
possit, ut fundationi Ecclesiæ consentiat Panormit.
in c. nullus h. tit. Bart. in l. sicum decem ff. solut. matum. l.
syn. C. de bon. qua. liber. Tuscus vol. 4. concl. 600. n. 4.

Neq; tamen † propterea Episcopus vel Diace- 11
fanus suo jure privatur: cum certi tantum sint casus
de jure expressi, in quibus successio Archiepiscopi
in illum eventum locum habeat *c. pastoralis de offic. or-*
din. c. contra clericum. de foro compet. c. 2. de concess. preb.

Non obstat huic sententiæ, quod hoc casu non
tantum requiritur consensus, sed etiam autoritas † 12
Episcopi: quia consensus & autoritas in hac materia
pro uno & eodem usurpantur *d. c. cum pastoralis. & c.*
illud h. tit.

Sunt autem † qui etiam tacitum consensum Epi- 13
scopi vel dioecesani sufficere volunt, modò fundatio
& constructio fiat sciente Episcopo vel diocesano
gl. & Zab. in d. c. cura pastoralis.

Aliqui etiam † requirunt saltem actum, ex quo 14
tacite constet saltem de consensu Episcopi, argu-
mento eorum quæ de consensu Domini in alienatio-
ne feu-

60 *Part. I. Cap. XII. De consensu Episcopi necessaria ad-
ne feudi traduntur c. 1. §. praterea. Quib. mod. feud. Al-
varot. in c. 1. de probib. feudi alienat. Menoch. consil. 512.
num. 24. & seq.*

Sed quid si Episcopi copia haberi non possit?
15 Tunc illum actum in quo alioquin † consensus Epi-
scopi requiritur, etiam citra consensum Episcopi ex-
pediri posse, tradit Schraderus *consil. 20. inter consilia
Borcholten vol. 2. pag. 160.* ubi probat, etiam idem ju-
ris esse, si Episcopi quidem copia haberi possit; sed
Episcopus ad presentandum consensum sit inhabi-
lis, tunc scilicet illum actum absq; consensu Episcopi
perinde expediri posse, atq; si Episcopi copia haberi
non possit.

16 Quin & in acquisitione † sive translatione juris
patronatus consensus Episcopi intervenisse præsu-
mitur ex temporis longi vel longissimi decursu
Roch. de Curte *verbo, pro eo, quest. 7. n. 19.* Schrad. *d.
consil. 20. vers. & in acquisitione.*

Id quod de antiquo patronatu intelligendum est.
17 Nam si de recenti, jure questio sit, † tunc docenda
erit approbatio; quod fieri haud difficulter potest.
Episcopis enim ædis sacræ locum solet destinare, do-
rem statuere, & de his omnibus publica documenta
requirere *gl. & Zabarel. in d. c. cura pastoralis.* Roch. de
Curte *verbo, pro eo quod n. 21.*

Et tantum de questione proposita: in qua con-
clusum est, ad constituendum monasterium, Eccle-
siam, seu alium pium locum, requiri auctoritatem &
consensum Episcopi.

Sed jam iterum quæritur: An statim ipso jure
18 per fundationem, constructionem † & dotationem
acqui-

*consequend. ex fundatione, adisc. & dotat. jus patron. Si
acquiratur jus patronatus? Existimant enim aliqui,
etiamsi Episcopus in ædificationem Ecclesiæ con-
senferit, si tamen ejus autoritas etiam in acquirendo
jure patronatus specialiter requisita non fuerit, tunc
ex sola constructione Ecclesiæ jus patronatus non
acquiri arg. c. nobis Ext. de jure patron.*

Sed verius videtur, nullam esse necessariam au-
thoritatem specialem, pro f. acquirendo jure patro- 19
natus, sed absq; consensus Episcopalis interventu, ex
ipsa fundatione, quæ tamen etiam vel expressa vel
tacita dioecesani voluntate facta est, constitui, nec
ulla amplius autoritate alterius opus esse: quia suf-
ficit initio constitutionis eam intervenisse Joannes
Andreas *in c. nobis b. tit. Martinus Uranius consil. 18.
num. 3. tom. 3.*

Sed nunc rectà progredior ad specialem tracta-
tionem modorum sive causarum constituendi juris
patronatus.

CAPUT XIII.

De fundatione, exstructione & dota- tione, tanquem modis constituendi & acquirendi juris patronatus.

SUMMARIA.

*Jus patronatus acquiratur per fundationem & c. absq; refer-
vatione n. 1. nisi expresse illud remisit n. 2. quod face-
re potest num. 3.*

*Fundatio, constructio & dotatio copulativè intervenire de-
bent ad id ut acquiratur jus patronatus n. 4. & 5.*

*An & quatenus per solam dotacionem acquiratur jus patro-
natus num. 6. & 7.*

K

Volen-

Volenti incipere, sed postea penitenti, non acquiritur jus patronatus num. 8.

Adhibito consensu Episcopi, mediante fundatione, exstructione & dotatione, acquiri jus patronatus, certum est. Sed tamen sunt, qui existimant, etiamsi Episcopus in ædificationem consenserit, nihilominus adhuc requiri, ut fundans aut dotans Ecclesiam, reservet sibi jus patronatus. Verum verior est sententia, acquiri scilicet jus patronatus ab eo qui Ecclesiam cum consensu Episcopi fundat, etiamsi illud specialiter non reservaverit, ¶ dummodo ejus sit voluntatis & animi, quod hoc ipso jus

1. patronatus sibi comparatum velit, vel etiam ¶ expressè illud non remiserit Roch. de Curte verb. *Ecclesiam fundavit quest. 8.*

3. Quin autem fundator possit in totum, vel pro parte ¶ remittere jus patronatus, & limitare illud inducere in præjudicium heredum, pro ut sibi placuerit, non ambigitur *c. significasti. de testib. c. 1. de jure patron.* Riccius Aloysius *in praxi juris patron. concl. 140.*

Sed de eo dubitari solet: utrum ad acquirendum jus patronatus, fundatio, exstructio & dotatio, copulativè requirantur, an verò disjunctivè intervenire sufficiat, ut scilicet ex sola fundi datione, sola exstructione, ac sola dotatione jus patronatus acquiratur? Vera est sententia eorum, qui defendunt, fundationem, constructionem & dotationem copulativè intervenire debere ¶ vel per unam personam, vel per plures, eo fine, ut jus patronatus acquiratur seu in esse deducatur *Abb. consil. 106. vol. 2. per gl. in c. quicumq. l. 2. 16. quest. 7. Duar. lib. 5. de benef. cap. 4. ferè in princ.*

tanquã modis constituendi & acquirendi juris patron. 63
princ. Roch. in princ. n. 3. & verb. ecclesiam fundavit n. 2.
Nemo itaq; separatim ex sola fundatione, neq; ex
sola dotatione jus patronatus consequi potest, sed
prædicta tria copulative conjuncta esse oportet, † 5
quia si horum aliquod desideretur, Ecclesia in esse
non deducitur *c. si quis objecerit 7. vers. sicut nec anima 1.*
quest. 3. c. cum sicut 8. de consecrat, Wesenb. consil. 48.
n. 9. & 10. vol. 1.

Si in perficienda Ecclesia plures concurrant,
unus scilicet fundum assignans, alter construens, ter-
tius dotans; tunc singuli efficiuntur patroni Abbas
ad Rubr. de jure patron.

Quod si verò Ecclesia ab aliquo fundata, & con-
structa esset, ac vero nec dum dotata; eo casu, † si 6
alius de consensu diocesani hujusmodi Ecclesiam
dotaverit, ille solus consequitur jus patronatus: sed
tamen necesse habebit † probare, Ecclesiam fuisse in- 7
dotatam, nec potuisse habere recursum ad fundato-
rem, vel constructorem, & consensum diocesani
constitutioni dotis intervenisse Abb. *in c. quoniam de*
jure patron. Roch. de Curte, verb. & dotavit. quest. 2.
n. 3. Mascard. de probat. concl. 958. n. 34. vol. 2.

Illud etiam notandum, quod jura concedentia,
jus patronatus ex constructione, vel fundatione, lo-
quantur in præterito *fundavit vel fundasse*, ut in *c. præ-*
mentis & c. frigentius 16. q. 7. quod verbum de sui na-
tura, actus perfectionem importat, non inceptionem
tantum *l. si quis vers. quod si dum proponitur ff. de jurisd.*
Volenti itaq; incipere, † & postea poenitenti, nihil
acquiritur ex tali proposito, sed requiritur fundatio
& constructio Ecclesiæ, quæ constructa dici non-

64 Part. I. Cap. XIV. An & quatenus per reedificationem potest, dum aliquid superest constituendum c. 1. Ex- de eo qui mitt. in poss.

CAPUT XIV.

An & quatenus per reedificationem Ecclesiæ destructæ acquiritur jus patronatus.

SUMMARIA.

Ecclesiam destructam reficiens, jus patronatus consequitur n. 1. quod declaratur n. 2.

Favorabilis est collapsa restituere, quam exstruere de novo num. 3.

Ecclesia refecta censetur eadem cum prima n. 4.

Si unus incipiat edificare, alter vero compleat, quid juris num. 5.

- S**I Ecclesia funditus destructa sit, quam prior patronus instruit, vel in alium locum transfert, tunc † ille jus pristinum recuperat Menoch. *consil.* 1 90. n. 27. & *consil.* 512. n. 9. si verò prior patronus eam, 2 reficere nolit, tum alius † qui consentiente Episcopo eandem de novo reedificat, fieri eundem patronum, eodemq; loco esse, ac si ab initio eam novam construxisset, textus est in *Novell.* 67. cap. 2. ubi dixi, & probat Petrus Peccius in *tract. de Eccl. repar.* cap. 34. n. 1. 3 cum magis favorable sit, collapsa restituere, † quam nondum existentia construere. c. Raynutius de *Judeis* quin & ille dicitur ædificare, qui reparat, æquè ac is qui de novo ædificat d. *Nov.* 67. cap. 2. ubi Bart. Modest. 4 Pistor, *consil.* 43. n. 32. vol. 1. Et ecclesia † penitus destructa,

Ecclesia destructa acquiritur jus patronatus. 65

structa, sed iterum restructa, censetur eadem cum prima arg. l. quod inde §. non tantum ff. Quib. mod. usus f. amic.

Sed quid si unus incipiat ædificare Ecclesiam, qui postmodum ab opere destitit, quam postmodum tertius ædificando complevit, uter ex his duobus acquirit jus patronatus? Hunc qui structuram perfecit, in jure patronatus ei qui incepit præferendum esse, tradit Citadinus *de jure patronatus part. 3. num. 37. & seqq.*

CAPUT XV.

Adhuc de dotatione in specie, tanquam modo acquirendi jus patronatus.

SUMMARIUM.

Dotis vocabulum accipitur proprie n. 1. & large n. 2.

Ecclesia non consecranda absq. dote n. 3. qua debet esse congrua

& sufficiens n. 4. item perpetuò permansura n. 5. cujus nomine exigitur cautio ab Episcopo loci n. 6.

Querela de stipendiis hodiernis clericorum n. 7.

Dotatio debet fieri de bonis propriis & liberis n. 8. & legitime qua sitis num. 9.

IN præcedenti capite dictum est conjunctim de fundatione, constructione, itemq; de dotatione: sed quia materia dotis ibi plenè tradi non potuit, apponam, quæ restant, hoc loco paucis.

Dos proprie ÷ refertur ad matrimonium vel nuptias: quo respectu significat rem à muliere ejus nomine, matrimonij causa, ad sustinenda ejus onera datam *tot. tit. de jure dot. & aliis omnibus titulis de dote loquentibus*, germanis Ehe gelde / Brautschat / Ehe

66 Part. I. Cap. XV. Ad huc de dotatione in specie,
ficut / item, Heyrahtgut / der Frauen Einbringen oder
Mitgiff.

2 Largeꝛ autem dos etiam dicitur id, quod quis
donat Ecclesiæ à se vel ab alio ædificatæ ad sacrum
ministerium, ad luminaria, ad domus custodiam,
atque pro ejus Rectore vel Sacerdote, qui quasi
maritus onera ejus in ministrandis Sacramentis, &
celebrandis sacris subiturus. Talis donatio dicitur
Dos: & qui ita dotavit seu ditavit Ecclesiam, patro-
nus ejus dicitur: & de hac doto agitur *Nov. 67. cap. 1. §. 2.*

3 Illa dos adeo necessaria est, ut nulla ꝛ Ecclesia
consecranda sit, nisi dote ei provisum fuerit *c. cum
fuit Ext. de consecrat. Eccl. vel alior. ex quo Panormitanus
ibid notat, quod fundans ecclesiam, obligetur ad do-
tem, non quamvis sive minimam, sed congruam ꝛ &
competentem illi dandam, quæ sufficiat ad necessa-
ria ministrorum, & ad luminaria; prout pater car-
nalis obligatur ad dotem competentem filię consti-
tuendam juxt. l. fin. §. utramq. C. de totis promiss.*

5 Quin & dos ita debet dari ut sit & maneat perpe-
tua dos illius Ecclesiæ, nullo tempore ꝛ repeten-
da *Cothm. resp. Acad. 29. n. 12.*

6 Et ut Ecclesiis eò rectius consulatur, Episcopus
loci debet exigere cautionem, adeo ꝛ ut si hoc facere
omittat, vel sine dote congrua consecret, ipse met-
teatur Ecclesiam dotare *c. 2. c. episcopus c. cum secun-
dum Apostolum de prabend. Pet Gregor. tract. de beneficiis
cap. 15. num. 3.*

Et hinc nulla Academia, vel Ecclesia est fundata
& erecta autoritate superioris, quæ non sit instru-
cta certa dote, unde ipsum corpus cum membris suis
possit

tanquam modo acquirendi jus patronatus. 7
possit sustentari. Sed quæ olim fuerunt stipendia magna, tum professorum, tum clericorum in Ecclesiis & Scholis, illa hodie in tanta caritate annonæ † vix 7
sunt mediocria: quod hoc tempore omnes experiuntur, qui Academiis Ecclesiis & Scholis intervniunt.

Quemadmodum autem fundatio & constructio debet fieri de bonis propriis, & ob omni † onore liberis: ita quoq; donatio fieri debet de bonis, quæ restitutioni aut repetitioni non sunt obnoxie. Præterea exigitur, ut fundator de suis bonis & legitime quaestis † fundet & dotet: quicquid enim in Dei sacrificio 9
ex scelere offertur, non placat iracundiam, sed irritat. *c. non est putanda elemosina 23. 1. quest.* Hostie impiorum sunt abominabiles, quæ offerantur ex scelere. *Proverb. 22.*

CAPUT XVI.

De præscriptione, itemq; de privilegio Pontificis, tanquam modis acquirendi jus patronatus.

S U M M A R I A.

Jus patronatus acquiritur prescriptione num. 1. tempore 40. annorum num. 2. & 3. quod declaratur, distinguendo inter Ecclesiam patronatam & liberam num. 4. & 5. Item privilegio n. 6.

Nullus patronatus præscriptione † acquiri posse non indubitat Lambertin. *de jure patron. lib. 1. quest. 10. artic. 5.* Rol. à Valle *consil. 47 n. 32. lib. 1. Covarr. in c. possessor. de reg. jur. in 6. §. ii. h. 1. Balb. de præscript. p. 5. princ.*

83 Part. I. Cap. XVI. & XVIII. Quibus modis jus patron.
 princ. quest. 9. n. 1. Et Cothmannus resp. 47. n. 47. vol. I.
 certi juris esse scribit, jus presentandi non tantum
 tempore, cuius initij memoria non exstat, sed & 40.
 2 annorum spatio † jus patronatus acquiri per text. inc.
 circa. 11. ibi, nisi fuerit legitima prescriptioe munitus Ext.
 3 de jure patron. ubi glossa legitimam prescriptionem †
 explicat pro quadragenaria cum bona fide. Auth.
 Quas actiones. C. de SS. Eccl. c. de quarta ubi Colerus n. 47.
 de prescript. c. querelam 24. ibi, in quasi possessione presen-
 tandi clericum de elect. c. generali 13. in fin. 1. vers. funda-
 tione de elect. lib. 5.

Et haec sententia ut maximè vera est, si Ecclesia
 4 sit patronata, sive que habet † patronos, quod sci-
 licet laicus tunc possit contra patronum acquirere
 prescriptione jus patronatus. Si verò sit Ecclesia
 5 verè libera, † de qua constet, eam nec à laicis con-
 structam, nec dotatam fuisse, quod tunc in Ecclesiæ
 præjudicium laicus non possit prescribere jus patro-
 natus Ecclesiasticum: quod diligenter explicat Co-
 vatrius ad c. possessorum de fidei de reg. in 6. num. 2. part.
 relect. §. 10. Et hanc esse magis communem opinionem
 testatur Tuscus verb. jus patronatus concl. 614.

Deniq; de jure Pontificio certum est, jus patro-
 6 natus etiam pro privilegio & beneficio † concedi:
 Ipse enim Ecclesiæ suo jure utenti hoc onus patro-
 natus imponere potest Roch. in verb. pro eo quod dicitur
 sani num. 34.

CAPUT XVII.

Quibus modis jus patronatus consti-
 tutum & acquisitum, possit ad alios
 transferri.

SUM-

constitutū & acquisitum, possit ad alios transferri. 89

SUMMARIA.

Jus patronatus transfertur certis modis n. 1. donatione n. 2. permutatione n. 3. cum Universitate praeceptorum n. 5. & dotis n. 6. per successionem ab intestato & ex testamento n. 7. non tantum ad descendentes, sed etiam ad agnatos, imò etiam ad extraneos n. 8. successio quoad jus patronatus fit in stirpes n. 9.

Universitatis appellatione quid veniat n. 4.

Sicut jus patronatus Canonum permissione tam alienari quam acquiri potest: ita etiam iisdem ferè modis comparatur atq; transfertur illud jus quibus aliàs acquiri atq; amitti rerum dominia dicuntur *gl. in c. seculum 13. de jure patron.*

Illa translatio fit duobus † modis; vel inter vivos, donatione, locatione, permutatione, investitura, venditione, item, ingressu monasterij; vel mortis causa, per successionem ex testamento, vel ab intestato: de quibus hi versus:

Jura patronatus transire facit novus beres;

Res permutata, donatio, venditioque.

Quod patronus jus suum patronatus alij dare † 2 possit, valereq; donationem, & effici donatarium patronum, si id fiat cum consensu Episcopi, constituti juris est *c. quòd autem c. illud c. nullus c. ex insinuatione 14. Ext. b. tit.* Et hanc sententiam esse communiter approbatam tradit Roch. de Curte *verb. ipse vel 15. n. 1.*

Quod dictum est de donatione; idem obtinet in legato juris patronatus, posse scilicet per legati viam transire in alium, jus patronatus, cum legatum etiam sit quædam donatio §. 1. *Inst. de legat. & l. legatū de leg. 2.*

L

In

3 In permutatione † quoq; idem jus est, si nimirum permutatio fiat cum alia re incorporali, puta, cum alio jure patronatus *c. ad questionem 6. Ext. de rer. permut. c. nemini Regum 16. quast. ult.*

4 Venit etiam jus patronatus † appellatione jurium univerforum: quia transit cum Universitate *d. c. ex literis & c. cum seculum b. tit.* adeoque non dubitatur, si vendatur universitas, in qua comprehenduntur etiam jura incorporalia, itidem jura patronatus transferri. Ejusmodi nomina universitatis sunt, hereditas, bonorum possessio *l. item veniunt 22. §. sit senatus in fin. de petst. hered.* Ducatus, Marchionatus, Comitatus, territorium, civitas, pagus, castrum, prædium, in quibus Ecclesia continetur: eorum enim alienatione & jus patronatus illis inhærens una transfertur *c. ex literis & c. cum seculum b. tit. si modò singularum rerum traditio vel quasi accedat Felin. ad c. causam 7. num. 8. in fin. Ext. de prescript. Tuscus vol. 4. concl. 612.*

Et hinc est, quod literæ investiturarū probant, jus patronatus simul cum aliis feudi pertinentiis ex consuetudine, & observantiâ conferri, ut ita jus patronatus hodiernis temporibus censeatur pars feudi, quod feudo quasi inhæret, & cum feudo per investituram vasallo conceditur Eberhard. *consil. 124. n. 1. & seqq.*

5 Ita etiam cum † universitate quadam prædiorum, in locatione castri, villæ sive universitatis agrorum, cum omnibus pertinentiis, si locatio per longum tempus sit, transit jus patronatus: quia hac specie dominium utile ad longum tempus locatum in conductorem transeat *c. ex literis 7. b. tit.* Secus ergo erit in
loca-

constitutū & acquisitum, possit ad alios transferri. 7
locatione in brevius tempus concepta, quia nullum
dominium utile in hoc transfertur *l. non solet 39. ff. lo-*
cati l. 1. §. quod ait Prator. ff. de superficie b.

Sic etiam jus patronatus transit cum Universita-
te † dotis in maritum, ut scilicet maritus, cui castrum 6
vel alia universitas bonorum, quibus jus patronatus
adnexum est, in dotem data, jus præsentandi ad be-
neficium vacans habeat *arg. d. c. ex literis.*

Per successione[m] ex testamento & ab intestato † 7
jus patronatus ad heredes patroni transmitti, indu-
bium est: quia jus patronatus transmittitur ad here-
des, non jure sanguinis, sed jure hereditario *c. signifi-*
cavit c. 1. b. tit. in tantum, ut filius heres, non possit
hereditatem repudiare, & jus patronatus acceptare.
Covarr. 2. var. resol. 18. n. 7. quia regulatur ab here-
ditate *c. considerandum c. si plures 16. q. 7.* & hereditas est
jus universale: undè is qui ab hereditate excluditur,
idem etiam à jure patronatus, adeoq; à jure præsen-
tandi removetur Panorm. in *c. seculum Ext. cod.* Roch.
de Curte *verb. ipse vel is quest. 6. num. 15.* Nec tantum
ad descendentes, sed etiam ad agnatos & cognatos,
imò etiam † ad extraneos heredes scriptos defertur 8
jus patronatus *d. c. 1. c. cum seculum b. tit. Clement. 1. de*
jure patronat. Schurff. *consil. 85. n. 3. cent. 2.*

Quod si plures sint heredes, successio quoad jus
patronatus non fit in capita, sed in stirpes † per Cle- 9
ment. 1. b. tit. Jus verò patronatus non transire in fi-
deicommissarium, tenet Fachineus 10. *controvers. 94.*
neq; in emptorem hereditatis: sed contrarium
statuit Covarr. 2. var. resol. 18.

num. 8.

L 2

CAPUT

CAPUT XVIII.

De juribus quæ consequitur patronus ex jure patronatus.

SUMMARIÆ.

Patronus consequitur tria jura n. 1. nimirum, jus honorificum n. 2. jus utile n. 3. & jus onerosum n. 4.

- H**ucusq; quomodo constituatur & acquiratur jus patronatus: Dicendum itaq; est de fine & effectu ejusdem, ne sit nudum nomen sine re. Sciendum itaq; est, in patronum vi constituti & acquisiti illius juris conferri † tria jura, jus nimirum honorificum, jus utile, & jus onerosum *Tuscul. vol. 4. concl. 596. in fin.*
1. Dicitur jus † honorificum; quia patronus alios præcedit honore in Ecclesia patronata *cap. nobis §. fin. h. tit.* Item, quod præsentet instituendum ad beneficium vacans, adeo ut sine ejus præsentatione, Episcopus non possit providere Ecclesiæ *Novell. 7. c. monasterium c. decernimus 19. quæst. 7. c. ex insinuatione c. quod autem c. illud de jure patron.*
 2. Dicitur jus † utile: quando enim patronus vergit ad inopiam extremam sive paupertatem, tunc Ecclesia patronata tenetur eum & filios alere, ne ingrata sit Ecclesiæ *c. nobis §. fin. h. tit.* Habet itidem patronus jus sepulchri & exedræ.
 3. Deniq; dicitur † jus onerosum: quia patronus tenetur suam Ecclesiam defendere, & prospicere, ne dissipentur bona ejusdem *c. filiis 16. quæst. 7.* De hoc triplici jure sunt hi versus:

Patro-

Patrono debetur honos, omnis, emolumentum:

Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.

Cœterum cum in his juribus tota vis & natura juris patronatus consistat; idcirco omnia & singula breviter explicabo: sequitur igitur primo loco de honore patroni in processione.

CAPUT XIX.

De honore patrono debito in processione & sessione.

SUMMARIUM.

Patronus habet præ aliis honorem in Ecclesia n. 1.

Ille honor considerandus ratione personarum dignitatis & conditionis num. 2.

Si Senatus vel Collegium habet jus patronatus, tunc honor toti Collegio sive Senatui debetur, non singulis n. 3.

HONOR qui patrono debetur, est honor processionis seu prælationis; quia patronus † præ aliis debet honorari in Ecclesia patronata, eiq; primus locus in processionibus aliisque actibus solennibus tribui, tam in præcedendo, quam in sedendo c. nobis §. fin. b. tit. cap. pæ mentis in fin. c. Frigentius in fin. 16. q. 7.

Debetur autem honor patrono, debitus scilicet, habita ratione personæ dignitatis † & conditionis 2. ejus qui est patronus, & ejus cujus est patronus: si namq; una cum murario ædificasset & dotasset aliquis Ecclesiam, qui in dignitate constitutus est, certè huic debebitur præ alio dignior & honoratior locus; quod ipsum naturalis honestas & ratio suadet. Hinc

74 *Part. I. Cap. XX. De reliquo honore patrono debito,*
Hugolinus inquit: Et si aliquis est Ecclesiæ patro-
nus, tamen juxta prælatum incedit, non supra Præla-
tum. Joan. de Turre Cremata in c. *piamentis 16. quest. 7.*
num. 19. in fin.

3 Quod si Collegium † aliquod, vel Senatus in ci-
vitate sit patronus, non habentur singuli ex Collegio
de patronis, nec singulis honor patrono conveniens
debetur, cum patroni non sint, sed saltem toti Colle-
gio tanquam patrono debitus honor deferendus est
l. sed si §. qui manumittitur ff. de in jus voc. l. in tantum §. l.
de rer. divis.

CAPUT XX.

De reliquo honore patrono debito, consistente in præsentatione ad sacrum ministerium.

S U M M A R I A.

*Præsentatio est fructus juris patronatus n. 1. procedit à Ju-
stiniano n. 2.*

*Nominatio, præsentatio, vocatio, ordinatio, institutio, quo-
modo differant n. 3. 4. 5. 6. 7.*

*Status Imperij habent plenum jus patronatus in Ecclesiis n. 8.
at quibusdam civitatibus competit saltem jus nomi-
nandi & præsentandi, n. 9. & 10.*

*Præsentatio fit legitime tum ratione personæ præsentandæ,
tum modi n. 11. quod explicatur n. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*

Alter honor & quidem præcipuus, consistit in
præsentando Clericum ad vacans beneficium
sive ministerium. Quotiescunq; enim in Ec-
clesia patronata parochus vel alius Clericus deside-
ratur

consistente in presentatione ad sacrum ministerium. 75
ratur, toties ad patronum recurritur, ut aliquem idoneum Episcopo seu loci ordinario instituendum, præsentet. Non enim potest Episcopus sine præsentatione patroni providere Ecclesiæ *c. monasterium Et. decernimus 16. q. 7.* Et hic est † fructus & effectus juris patronatus *c. cum Bertboldus de re judic. Coraf. de beneficiis cap. 6. n. 22. Et seqq.*

Hæc præsentatio procedit ex † constitutionibus 2
Imperatoris, qui nominationem appellant *Novell. 57. Et Nov. 76. Et Nov. 123.* quod Pontifices præsentationem *d. c. decernimus c. monasterium c. illud 8. §. fin. Et c. ex insinuatione b. tit.*

At quod Leges & Canones † vocant nominationem & præsentationem, id scriptura nominat vocationem *Hebr. 5.* ubi dicitur, Nemo sibi sumit honorem, nisi ritè vocatus, ut AARON.

Sed hodie in Ecclesiis Augustinæ Confessioni addictis, ita distinguimus inter † Nominationem Pastorum, & eorum præsentationem, itemq; vocationem & institutionem. 4

Nominatio † respicit personam electam à patrono, quam ille Ecclesiæ sive populo sistit ad videndum, audiendumq; futurum suum Pastorem; ut si justas recusandi causas habeat, eas patrono indicet, vel si nihil habeat quod impugnet personam præsentatam, ut consentiente Ecclesia ad officium vocetur: Non enim invitis dandus est Pastor.

Præsentatio † verò dicitur vulgo fieri, quando 6
patronus antè Ecclesiæ nominatum, ab eaq; approbatum, mittit cum præsentationis, & in eventum, etiam, vocationis literis, ad Episcopum sive Superintenta-

76 *Part. I. Cap. XX. De reliquo honore patrono debito,*
intendentem loci, ut per eum, adhibito scrutinio,
scientia animiq; industria, moresq; probati ejusdem
explorentur, an sit an vocatum officium idoneus: &
si talis inveniatur, per eundem itidem approbetur,
ordinetur, & in officio ecclesiastico rite instituat.
Sin minus verò, ut tunc patrono tanquam indignus
remittatur, & cassatâ illius vocatione, alius insuper
idoneus in scientia, vita & moribus Ecclesiæ & po-
pulo nominetur, qui ordinetur & deniq; instituat.

Ex prædictis patet, esse distinctos actus Nomi-
nationis, præsentationis, vocationis, ordinationis,
7 & institutionis: qui ita distinguuntur, † ut Nomi-
natio, præsentatio, & vocatio, competant jure patro-
natus: at ordinatio & institutio illa expediantur ab
Episcopo seu superattendente ordinario loci, idq; vi
& potestate juris Episcopalis.

Et quidem Principes & status imperij habent suo
8 jure plenum jus patronatus † in Ecclesiis suorum do-
miniorum. Possunt namq; in locum vacantem Ec-
clesiæ aliquem pro suo arbitrio non solum eligere,
& electum Ecclesiæ sive populo præsentare ad vi-
dendum, audiendum & approbandum, sed & post-
modum eundem vocare, & vocatum ad Superin-
tendentem mittere, ut ab eodem etiam ordinetur &
instituat, si habilis & idoneus ad officium inven-
tus fuerit.

Sed quibusdam civitatibus saltem competit jus
9 eligendi aliquem eumq; præsentandi † populo sive
Ecclesiæ ad videndum & approbandum; quem de-
inceps superiori nominant, qui ad nominationem
factam, nominatum vocat, & si idoneus & dignus ab

consistente in præsentatione ad sacrum ministerium. 77
eo fuerit deprehensus in examine sive scrutinio, Superattendenti loci cum literis vocationis ordinandum & instituendum mittunt.

Prout plerisque magistratibus † in civitatibus municipalibus Pomeraniæ illud jus nominandi, titulo oneroso certa summâ pecuniæ sibi acquisiverunt; idque ideò, ne ejusmodi civitatibus, à superiori plenum jus patronatus habente, aliquis qui vel moribus, vel vita, vel religione, doctrina & fide ipsis invitis minus utilis & idoneus mediante vocatione obtrudi possit.

Sed ut ad præsentationem revertar; illa debet fieri legitime, tum ratione personæ † præsentandæ, tum ratione modi.

Quod attinet personam præsentandam, illa non debet esse eadem cum persona † patroni, qui præsentare potest & vult. Nemo enim seipsum, licet sit idoneus, præsentat, etiam si sit clericus, sed debet alium præsentare *c. per nostram b. tit.*

Si tamen † plures sint patroni, tunc poterit unus ex illis ab aliis præsentari, vel filius alterius *gl. in c. consuluit b. tit.*

Quamvis autem quidem dubitent, an † pater filium præsentare possit? adfirmativam tamen sententiam merito obtinuisse scribit Corasius *in tract. de offic. & elect. p. 4. cap. 6. n. 19.* ubi allegat glossam & Panormit. *in c. consuluit. b. tit.* cum ex Pomponij sententiâ Ulpianus responderit; suffragium patris prodesse filio, & contra *l. illud ff. Quod cujusq. Univerfit. nomine.*

Deinde persona † idonea est præsentanda, quæ scilicet sit bonæ vitæ, integræ existimationis, & in-

M

culpata

78 Part. I. Cap. XX. De reliquo honore patrono debito,
culparæ conversationis c. literas c. nimis de filiis præbyt.
l. magistros C. de profess. & med. Et constare hunc morem
jam inde ab initio fuisse in Ecclesia observatum, ut
nemo ad Sacerdotium seu ministerium Ecclesiæ reci-
peretur, nisi publicè in ejus mores inquisitione factâ,
ex Lampridio in Alexandro Severo probat Duare-
nus *lib. 4. de sacris Eccles. ministr. cap. 1.*

16 Deinde idoneus † etiam debet esse præsentan-
dus, quoad literarum & linguarum cognitionem c. illi
dist. 36. c. penitentes ss. dist. c. cum in cunctis de elect. Sa-
cerdotis enim partes sunt, non solum docere verbum
Dei, sed etiam contradicentes refellere *ad Tit. cap. 1.*
& rationem omni poscenti de fide sua eos reddere.
jubeat Petrus *1. Petr. 3.* quæ omnia absq; doctrina &
eruditione præstari non possunt c. qui ecclesiast. *36. dist.*

17 De ætate eligendorum † ad ministerium non pos-
se generalem quandam regulam tradi, verum quod
carioris hic sit respicienda, quæ in quibusdam citius,
in quibusdam tardius animadvertitur, monet D. Ger-
hardus *tom. 6. locorum comm. de ministerio Eccles. n. 185.*

18 Præterea ut quis itidem tanquam † idoneus præ-
sentari possit, requiritur ut sit sinceræ religionis &
doctrinæ. Et cum jus præsentandi clericum, longè
differat à jure reformandæ religionis (nam introdu-
ctio & reformatio religionis ex Constitutione pacis
publicæ saltem statibus Imperij est concessa) exinde
concludimus, quod patronus suæ fidei clericum Pa-
rochianis obtrudere non possit, sed quod teneatur
19 hominem Augustanæ Confessionis, si † status & ma-
gistratus Augustanæ Confessionis jus Episcopale,
adeoque etiam institutionem & confirmationem ha-
bet

consistente in præsentatione ad sacrum ministerium. 79
bet, præsentare. Et vice versa: quod patronus religio-
nis Augustanæ, debeat præsentare hominem Ponti-
ficiæ religionis, si status & magistratus Pontificiæ re-
ligionis jus Episcopale, & consequenter etiam ordi-
nationem, institutionem & confirmationem habeat:
quam sententiam Constitutioni religionis magis
consentaneam esse, dicit D. Cran: *in eleganti tractatu
de Constit. relig. p. 1. problem. 9.* Quid ad contrariam sen-
tentiam Dn. Frideri *lib. 1. de mand. cap. 29. num. 7. & 8.*
respondendum sit, alio loco & tempore docebitur.

Ratione modi † requiritur, ut præsentatio fiat ju- 20
sto tempore. Ne enim officia nimis diu vacant, legi-
timum tempus ad præsentandum Patronis præscri-
ptum est, videlicet, ut laicus intra quatuor menses, at
Ecclesiasticus intra sex menses hominem idoneum,
& sacro munere dignum præsentare debeat *c. 1. §. fin.
c. quoniam c. eam te c. cum propter b. tit.*

Ecclesiastico † patrono idèd majus tempus, 21
quàm laico, conceditur, quòd laicus ante institutio-
nem variare, & plures successivè præsentare possit:
quod Ecclesiastico penitus prohibitum est *c. quod
autem c. pastoralis ubi Dd. h. tit.* Ut itaq; hac ratione,
Ecclesiastici maturius præsentandum eligere, & suæ
Ecclesiæ consulere possint, idcirò Canones longius
tempus Ecclesiasticis, quam laicis, indulserunt *c. 1. §.
fin. de jure patroni in 6:*

Ad modum † etiam pertinet, quod præsentatio
debeat fieri personaliter, id est, sensibus corporis il-
lius cui fit præsentatio, ita ut præsentatus, adsit per-
sonaliter coram ordinario, nec sufficiat patronum
præsentantem aliquem, mittere solum instrumentum

præsentationis: quia præsentatus debet prius examinari ab ordinario, an sit idoneus, & idè etiam debet prius videri Panorm. in c. pastoralis n. 7. l. sic.

Hucusq; hoc capite dictum est de præsentatione, tanquam effectu juris patronatus: undè † constare potest, totum præsentationis negotium saltem à patrono præsentante, & Episcopo ordinante & confirmante peragi solum Jacob. Heinrichman. consil. 22. n. 1. & seqq. vol. 3.

At hodie nostri in Ecclesiis Augustanz Confessionis, neq; patronis omninò jus suum † ademerunt, neq; Ecclesiam suo jure semper carere voluerunt, sed justis decretis rem istam temperarunt, & id quo alij perperam usi sunt, meliore usu cohonestarunt, ita nimirum, ut hodie non licitum patronis suo arbitrio, quoscunq; voluerint, ministeris Parochiarum præficere, citra judicium & consensum Ecclesie ejus loci. Proindè non potest hodie quisquam patronorum adèdè isti juri inniti, ut olim quidem fiebat, ubi saltem præsentabatur persona instituenda Episcopo, nescia Ecclesiâ & interdum repugnante, sed requiritur ut maximè Ecclesie loci consensus. Eleganter D. Martinus Chemnitius in Enchiridio Theologie c. 1. per tot. Quin etiam hodie pinguius jus patronatus est, quam de jure Canonico: de quo inferius dicetur. Quomodo verò in negotio vocationis procedendum sit, illud docebit sequens

CAPUT XIX.

De jure & ordine vocandi ministros Ecclesiarum.

SUM

SUMMARI A.

Jus vocandi est penes Deum n. 1. sed hodie exercetur hoc mediate certis modis n. 2. & competis ordini ecclesiast. n. 3. Politico n. 4. & Oeconomico sive populo n. 5. cujus nomine sunt Diaconi num. 6. & 7. Jus itaq; vocandi pertinet ad totam Ecclesiam n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Occurritur objectioni n. 14. electio secus facta non est Canonica n. 15. 16. Quo ordine facienda sit electio n. 17. 18. 19. Jus patronatus in quantum in Ecclesiis reformatis admittendum num. 20. 21. 22. Patroni non possunt inutiles obtrudere Ecclesiis n. 23. quod si factum, tanquam indignus quis potest negligi n. 24. Patroni in electione spectare debent unice gloriam Dei & bonum Ecclesie n. 25. non etiam amicitiam & intercessionem n. 26. Electus debet presentari Episcopo Ecclesie n. 27. ad examinandum, ordinandum, & instituendum si dignus repertus sit num. 28. 29. 30.

Questio de legitima & ordinaria vocatione ministrorum verbi Dei & Sacramentorum in varias partes disputata est, ut videre est apud D. Cothmannum *resp. Academico 42. in princ.* ubi diversas variorum sententias recenset; quorundam nimirum soli clero vel ministerio; quorundam soli magistratui politico; quorundam vero soli populo potestatem illam eligendi deferentium.

Verissima autem est sententia, jus summum vocandi ministros Ecclesiarum, esse penes unum † & solum Ecclesie Dominum, scilicet Deum *Matth. 9. vers. ult. Ephes. 4. vers. 8. 11. Actor. 13. v. 2. 4. & 20. v. 28. Jerem. 23. v. 26.* At cum Deus ordinate ac mediate do-

mum suam gubernet ac disponat, ejusdem ministro-
 rum vocationem atque electionem quoque mediate
 2 exercet, idque per illos quidem, quibus hoc jus eli-
 gendi commisit & delegavit. Non autem delegavit
 soli magistratui politico, neque soli populo, neque soli
 clero vel ministerio, sed toti Ecclesiae; in qua Eccle-
 sia sunt tres hominum ordines sive status, I. Eccle-
 siasticus Episcoporum & Presbyterorum. II. Po-
 liticus, hoc est, Principes & Magistratus seculares, &
 III. Oeconomicus sive Populus; Et iis omnibus,
 singulis suas partes suasque officia esse in vocatione
 mediata, (de qua hoc loco acturi sumus) firmissimis
 & solidis fundamentis demonstrabimus.

Et primo quidem partes suas & quidem prae-
 3 cipiue in Ecclesia habent quodammodo Episcopi & presbyteri, seu
 ministerium, uti hodie vocamus, hoc est, *Docentes*
 seu Ministri Evangelij, si qui sunt in illa Ecclesia, cui
 Pastor aut Minister verbi Dei praeficiendus est; id
 quod ex mandato Apostolico, & probatis scripturae
 exemplis constat. Sic Paulus & Barnabas per singu-
 las Ecclesias, quas perlustravit, presbyteros consti-
 tuerunt *Actor. 14. v. 22.* Idem Paulus Timotheum Ec-
 clesiae Ephesinae praefecit Episcopum, cum imposi-
 tione manuum presbyterij, ei que praecipit, manus ci-
 to ne cui imponat, ne communicet alienis peccatis
1. Timoth. 4. v. 14. & 1. Timoth. 5. v. 22. Idem ad Titum
1. v. 5. scribit; Hujus rei gratia reliqui Te in Creta, ut
 constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi
 ordinavi.

Ratio quoque manifesta idem confirmat: Qui
 enim jam modo sunt in ministerio, omnium rectissi-
 me

mè de eorum, qui ad munus docendi ordinandi sunt, qualitatibus, puta, eruditione & moribus, aliisq; ad illud necessariis donis cognoscere & judicare possunt; & idcirco illi à mediata vocatione minimè excludendi, sed potius meritò illis in electione primæ relinquendæ. Vetus Canon est Stephani, qui tempore Cypriani vixit annò Christi 250. & Romæ Episcopus fuit: Sacerdotum est electio, fidelis populi est humiliter consentire *c. cum longè dist. 63.*

Secundo loco in Ecclesiâ est pius Magistratus, † 4
cujus consilium & sententia meritò audienda est. Sicut vetus Canon. *d. loc.* præcipit: Vox civium, Testimonia populorum, Honoratorum arbitrium, Electio clericorum in Ordinationibus constituentur. Et sanè quia ministerium non est tota Ecclesia, sed tantum pars ejus *Ephef. 4. vers. 11.* ideò ministerium sive, ministri Ecclesiæ non possunt nec debent ad se solos vocationem mediatam rapere, exclusis reliquis Ecclesiæ membris; Nam ne Apostoli quidem hoc fecerunt, sed reliquam Ecclesiam sibi adjunxerunt, eiq; suum reliquere suffragium ac suas partes *Act. 1. v. 15. cap. 6. v. 2. & 3. cap. 14. vers. 23.* non enim sunt Ecclesiæ Domini, sed ministri & inspectores *2. Corint. b. 1. v. ult. & 1. Corint. b. 1. v. 21. & Pet. 5. v. 3.* In magistratu præcipuè complectendi sunt hi, qui jus patronatus in illa Ecclesia habent. Quia Evangelium nemini jus suum eripit. Et quidem pij magistratus interest scire & attendere, quales pastores & ministri verbi Dei præsentis suis subditis, in ea præsertim Ecclesia, cujus jus Patronatus habet. Præterea quia pius Christianus ideò nec potest nec debet ab electione & vocatione
mini.

ministrorum excludi, sed & illi suæ pates in hoc negotio sunt relinquendæ, tum quia etiam Ecclesiæ membrum, tum quia constitutus à Deo Ecclesiæ nutritius *Esa. 29. v. 23.* & minister *Esa. 60. v. 10.* ut aperiat portas ingredienti Regi gloriæ *Psal. 24. v. 7.*

Quia itaq; magistratus non est tota Ecclesia, sed tantum membrum ejus *Psal. 47. v. ult.* nec est Dominus Ecclesiæ, sed nutritius, imò minister ejus, *uti dictum*, exinde non poterit politicus magistratus, excluso ministerio, & reliqua Ecclesia, sibi soli potestatem constituendi ministeria in Ecclesia sumere: sed si faciat hoc, sacrilegij reus fit Chemnit. *in Encbirid. tit. devocatione ministrorum verb. pag: mibi 30.* ubi gravissimè scribit: Sicut Pontifex Romanus cum suis commisit sacrilegium in eo, quod electionem & vocationem ministrorum Ecclesiæ ad se solum, suosquè transtulit; ita ejusdem criminis reus est etiam magistratus, quando excluso ministerio in Ecclesiâ, sibi soli potestatem constituendi ministros in Ecclesia vendicat. Et D. Jacobus Andreæ *disp. 29. de jur. vocandi. ch. 51.* ita scribit: Impia & injusta est alieni juris usurpacio, cum Magistratus politici primum illud eligendi designandiq; personas Ecclesiasticas suffragium presbyterio adimunt, & Ecclesiam jure suo privantes ipsi insciæ & invicæ pastores obtendunt.

5 Tertiò itaq; loco est in Ecclesia † populus. Et quod populi Christiani consensus, suffragium & testimonium in electione ministrorum Ecclesiæ requiratur, non dubitandum est; tum quia pars Ecclesiæ est Populus: tum quia populo in alendis ministris verbi suum onus incumbit: tum quia præcipuam
Eccle-

Ecclesiæ multitudinem facit Ernest. Cothman. *resp. Acad. 42. num. 44.*

Non autem Anabaptistæ rectè faciunt, qui jus vocandi promiscuæ multitudini (quam nomine Ecclesiæ intelligunt) totum committunt excluso ministerio & pio magistratu. Ecclesia enim cujusvis loci appellatur, & est totum corpus, complectens sub capite Christo omnia ejus loci membra *Epbes. 4. v. 15. & 1. Corintb. 12. v. 12.* Quare sicuti vocatio nec solius ministerij est, nec soli magistratui competit; ita nec promiscuæ tantum multitudinis arbitrio & temeritati est subjicienda: quia nulla pars vel altera, vel utrisq; exclusis est Ecclesia. Sed sit & maneat vocatio penes totam Ecclesiam, servato tamen debito ordine.

Non igitur rota multitudo promiscuè & sine ordine negotium electionis & vocationis tractare debet: quia DEUS non est DEUS confusionis, sed vult, ut omnia decenter & ordine in Ecclesia gerantur & administrantur *1. Corintb. 14. v. ult. Chemnit. in Encbirid. d. loc.*

In Ecclesia itaq; populi nomine sunt Diaconi, † *KirchenVorsteher*, qui præsunt bonis Ecclesiæ & pauperum. Hi cum Senioribus aliquot ex plebe in electione Pastorum Ecclesiæ etiam audiendi sunt. Et si insuper aliqui in populo justam causam contra nominatum Pastorem habeant, itidem audiendi sunt.

Tres igitur hi ordines, Ministerium, Magistratus Politicus, & Diaconi Ecclesiæ & pauperum, cum ali- quibus senioribus plebis, totius populi nomine, Pastores & Ministros Ecclesiarum eligunt & vocant. *Ministerium Grypbiswaldense in libello de vocatione Pasto-*

rum & ministrorum Evangelij lit. C. Ecclesiasticus status debet † consulere de persona idonea: Politicus discernere: Popularis approbare Reinking *de regimine Eccles. lib. 3. cl. 1. cap. 6. n. 17.*

Vel etiam, in Episcoporum & Pastorum animæ vocatione & electione dicimus esse convocandam, & audiendam Ecclesiam, in qua quoad doctrinam, institutionem, consecrationem & ordinationem cura ministerij divini præcipua sit; quoad jurisdictionem in Episcopos competentem Principibus & Magistratibus civilibus, quibus ea de re notio & cognitio est, partes priores deferendas: sed quoad consensum & approbationem omnium ordinum, atque adeò populi quoq; suffragia libera & soluta valere, ac recipi debere D. Ernest. Cothm. *de resp. 42. num. 56.* ut itaq; nec Monarchica, nec Democratica est Ecclesiæ in his terris gubernatio, sed Aristocratica: ita nec vocatio ministrorum, ab unius alteriusve hominis vel ordinis arbitratu dependere debet, sed potius, quod ad omnes pertinet, id etiam ab omnibus approbari, æquum censetur Cothm. *d. resp. 42. num. 32.* ita ut omnia in Ecclesia, ejusq; regimine Aristocraticè temporata sint.

In genere itaq; concludendum est; nec soli ministerio sive presbyterio, nec soli magistratui, multò minus arbitrio promiscuæ & imperitæ multitudinis subjiciendum esse Ministrorum constitutionem, sed
 8. jus vocandi ad † totam Ecclesiam pertinere D. Gerbardus *tom. 6. loc. Theolog. p. de ministerio Ecclesiastico sect. 4. de vocatione mediata n. 86.* Quia solum ministerium, solus magistratus, solus populus, non est totum corpus

pus Ecclesiasticum, sed unum tantum ejus membrum: neq; est illius vel caput vel Dominus.

Sanè Clerus quare sibi potestatem eam arroget, & ad suum molendinum prætrahat, uti Baldus loqui solet, ea ratio est primaria, quod res hæc religionem concernat, † cujus negotium ad se tantum pertinere, 9 contendit: at ratio illa nihil probat aliud, quàm quod Clerus, veluti sanctum, Ecclesiæ membrum, ab electione non sit semovendus: eoq; respicit Paulus, quando Tito suo præcipit, ut per civitates constituat presbyteros, *ad Tit. 1. v. 5. Cothm. d. loc. n. 10.*

Sic qui soli magistratui politico electiones Ministrorum attribuunt, hoc argumento ducti, quod potestatem † habeat sibi à Deo concessam, & jurisdi- 10 ctione in Ecclesiasticos & Laicos pariter utatur; in eundem errorem incidunt, cum ratio ista Magistratum velut præcipuum Ecclesiæ membrum, unà cum aliis gaudere oportere solummodo pervincat Ernest. *Cothm. d. loc. n. 11.*

Multò minus Canones veteres, vel Clero, vel Magistratui, vel utriq; simul, plebe exclusa designandi Ministros † auctoritatem adscribunt, quando po- 11 pulum non sequendum, sed docendum esse affirmant; quia hoc tantum innuunt, vanas populi voces non esse audiendas, nec probandas, interim tamen populum audiendum & consulendum *Cothmannus d. loc. num. 13.*

Quin & vocationem Ministrorum totius Ecclesiæ esse, auctoritate Scripturæ, † & exemplis ostendi 12 potest. Nam cum in veteri Testamento Deus de Levitarum electione & ministerio legem ferret, eamq;

Moses, qui Magistratus politici officio fungebatur, exequi vellet, non solum Aaronem Sacerdotem, sed & universum populum Israeliticum convocavit, eorumq; consilio, ope & auxiliorum suæ fidei commissam peregit *Natum. 8. v. 26.*

Et in novo Testamento, cum Judæ successor sufficiendus esset, convocati prius sunt omnes discipuli, quorum communi consensu electio ea peracta est *Actor. 1. v. 24. & seq.*

Sic in creandis Diaconis, Apostolos unà cum discipulis coivisse, & unanimi consensu septem viros, quibus coram tota multitudine post precationem manus imposuerunt, elegisse constat *Actor. 6. vers. 5. & seq.*

Deniq; quando in Ecclesia Apostolica & primitiva sacrum ministerium alicui committendum fuit, non id privata unius autoritate, sed conscia & consentiente † tota Ecclesia factum esse, patet in electione presbyterorum Ecclesiæ Antiochenæ, Lyttenis & Iconiensis *Actor. 14. v. 22. χερσὸν ἰδὲς* namq; vocabulum, quo Lucas Ecclesiasticæ electionis morem & modum describit, populi suffragia per manuum porrectionem sive extensionem declarata significat. *2. Corintb. 8. v. 19. & 1. Timoth. 4. v. 14.*

14 Si verò hic aliquis † instet, non legi in historiis illorum temporum, quod adhibiti Magistratus in electione Ministri; adeoq; totius Ecclesiæ nomine electionem factam non esse. Illi responderetur, tum temporis Magistratum nondum religionem Christianam amplexum fuisse, ac proinde Ecclesiæ membris accenseri haud potuisse. Postquam autem Magistra-

gistratus Christo nomen dedit, fidemq; Christianam profitendo inter Ecclesiæ membra locum obtinuit, absque illius consensu à cæteris duobus ordinibus aded nihil tentatum aut factitatum fuisse, ut potius Ecclesiæ negotia vel maximè ex eorum nutu pependerint, teste Socrate in proœmio lib. 5.

Præterea ut omnium ordinum consensu & auctoritate Ministerij constitutio administraretur, publicis etiam decretis antiquitus cautum & sancitum fuit. Nam Concilium Nicenum ita sancivit, ut est in Epistola Synodica, apud Theodoretum lib. 1. cap. 9. Quod si qui fortè eorum, qui Ecclesiæ funguntur muneribus, diem suum obierint, tum unus ex illis, qui nuper in Ecclesiam assciti sunt, modò idoneus videatur, & Populus illum eligat, Episcopusq; Alexandria ei suffragetur: atq; aded populi electionem confirmet, in locum succedat demortui. In Concilio Carthaginensi III. Can. 72. decretum est, ne ullus Clericus ordinetur, nisi probatus fuerit vel Episcoporum examine, vel populi testimonio. In Carthaginensi IV. Can. 22. similiter: Episcopus sine Concilio Clericorum suos Clericos non ordinet, ita ut civium assensum, conniventiam & testimonium quærat. Uterq; Canon decreto Gratiani insertus est *distin. 24.* Ita in Concilio Tolerano Sacerdos rejicitur, quem Clerus nec populus propriæ civitatis elegit *c. qui in aliquo dist. 51.* Et in Concilio Antiocheno statutum est, ut cum Synodo & iudicio Episcoporum electio fiat *c. Episcopo 8. q. 1.* ita Nestorius in Concilio generali, communi omnium consensu, præsentè Theodosio Imperatore religiosissimo, totius deniq; Cleri totiusq;

civitas suffragiis Episcopus constitutus est. Flavianus autem Antiochiæ urbis Syriæ ab Episcopis ejus Provinciæ *tota illa Ecclesia*, uti Canon postulat, suffragante & velut uno ore virum illum honorificè colaudante Episcopus ordinatus est: ut est in libello Synodico Concilij Constantinopolitani, qui est apud Theodoretum *lib. 5. cap. 9. Histor. Eccles.*

Et hinc itaq; concluditur, electionem, quæ fit
 15 absq; consensu populi & Magistratus, esse contra ꝑ
 Canones, adeoq; non Canonicam. Et pro hac sententia ex antiquis etiam patribus testimonia adduci possunt; Ubi in primis sese offert insignis locus Cypriani Episcopi ac Martyris *lib. 1. Epist. 4.* I. Plebs maximè habet potestatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi. II. De divina auctoritate descendit, ut Sacerdos plebe præsentè sub omnium oculis deligatur, atq; idoneus publico judicio ac testimonio comprobetur. III. Hoc itidem probat Cyprianus exemplis & testimoniis scripturæ. IV. Apud nos, inquit, & per universas Provincias hoc tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui Episcopus ordinatur, Episcopi ejusdem Provinciæ proximi quoque conveniant, & Episcopus delegatur plebe præsentè, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & unicujusque actum de ejus conversatione perspexit. V. Hoc ita in collegæ sui Sabini ordinatione factum, ait, ut de universæ Fraternitatis suffragio, & de Episcoporum, qui in præsentia convenerunt, quiq; de eo ad ipsos literas fecerant, judicio Episcopatus ei deferretur. Idem *Epist. 68.* Plebs obsequens præceptis dominicis
 à pec-

à peccatore præposito separare se debet, nec ad Sacrilegi Sacerdotis sacrificia se miscere, quandoquidem ipsa maximè habet potestatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi. Quod & ipsum à divina videmus autoritate descendere, ut Sacerdos plebe præsentè sub omnium oculis eligatur, dignus atq; idoneus publico iudicio atq; testimonio comprobetur.

Ne quis autem inde, quod Cyprianus electionem plebe præsentè fieri affirmat, cavillettur, mutam fuisse ejus præsentiam; attribuit plebi eligendi potestatem, testimonium & suffragium. Ita Ambrosius omnium civium consensu, clamore & suffragiis Ecclesiæ Mediolanensis Episcopus postulatus & designatus, ipsius autem Imperatoris Valentiniani sententia comprobatus est, *ut est apud Socratem lib. 4. c. 25. Theodor. lib. 4. cap. 25. Sozom. lib. 6. cap. 24.*

Evadius Ecclesiæ Hipponensis Episcopus B. Augustini successor, ipsius Ecclesiæ consensu, suffragiis, acclamationibus & subscriptionibus constitutus est *August. Epist. 110.*

Ex deductis itaq; manifestum est, in electione Ministrorum Ecclesiæ † singulis ordinibus, hoc est, 16 presbyterio sive ministerio, Magistratibus secularibus, & Plebi suum esse jus & suas partes, ut quicumq; iudicio Episcoporum & Presbyterij, cum consensu, confirmatione & comprobatione Magistratus, tanquam Ecclesiæ nutritoris, non refragante vel suffragante, at testimonium præbente plebe Ecclesiæ præficatur, is pro vero & legitimò pastore, Antistite, Presbytero, aut Diacono sit habendus D. Winckelmannus.

mannus in *disput. de jure vocandi ministros Ecclesie t. b. 60.* Alias rationes & authoritates Dd. adducit & accumulatur D. Cothmannus *d. resp. 42.* Cæterum singulorum locorum hac in re receptas consuetudines, si cæpiæ & honestæ, ac longissimo tempore observatæ sint, in posterum servandas, nemo inficias ibit Cothm. *d. loc. num. 57.* Quæ hinc inde in contrarium adferuntur, illa benè diluit D. Gerhardus *d. loc.*

17 Nunc deinceps videndum, quo ordine † facienda sit electio in vocandis pastoribus & ministris Evangelij. Imprimis cavendum est, in hoc negotio tam gravi, sine gravi consilio & præmissis ad Deum seriis precibus quicquam temerè agatur. Non enim est ullum præstantius & salutaris Dei donum, quàm fidelis, idoneus ac sincerus verbi divini minister; jam verò dona Dei non possunt aliter nisi per preces obtineri. Rogate Dominum messis, præcipit Christus, ut operarios suos in messem extrudat *Matth. 9. v. 38.* Is ergò piis precibus rogandus, ut ipse mittat, quem elegerit. Idem sedulò in Ecclesia Apostolica observatum fuisse, colligitur ex actis Apostolorum *cap. 1. v. 24. cap. 13. v. 3. cap. 13. v. 3. cap. 14. vers. 23.* ubi precibus conjunguntur jejunia, ut sint ardentiores & excitiores.

18 Præmissis ita piis precibus ad Deum, † conveniant pius Patronus, & Magistratus loci, itemq; docentes, & alij Ministri verbi Dei, si qui sunt in ea Ecclesia, & Diaconi Ecclesie, & pauperum populi nomine, & eligant bona conscientia in timore Dei, utilem & idoneum Ecclesie Pastorem, & alios Christi Ministros *Ministerium Grypbiwaldense lit. C. n. 3.* Nullus enim

enim Ecclesiæ status negligatur, sed conjunctis animis ac votis omnia peragantur: quod enim ad omnes pertinet, quodq; omnes tangit, ab omnibus debet approbari, adeoq; ab unius arbitrio pendere neutiquam debet.

Patronis autem piis, qui fundationibus, donationibus, extructionibus templorum, aut aliis beneficiis jus patronatus † acquisiverunt, meritò jus nominandi ac præsentandi relinquitur: ita tamen ut juri presbyterij sive ministerij, Magistratui secularij, atque Ecclesiæ nihil decedat. Sed in quantum jus Patronatus in reformatis Ecclesiis † admittendum sit, videamus. Certum enim est, idem jus etiam per præstantissimos Theologos esse restrictum & limitatum.

Nam postquam patroni Papisticæ religionis, Ecclesiis purioris religionis obtrudere vellent ejusdem religionis ministros sive Pastores; Augustanæ religioni addicti existimabant, se ejusmodi doctores recipere non teneri. Et rectè. Non enim eò usque jus illud se extendit, ut licitum sit Patronis suo arbitrio, quoscunq; voluerint, ministeriis Parochiarum præficere, citra judicium & consensum Ecclesiæ ejus loci. † Sed quia redditus Parochiales à Patronis fundati sunt, ideò vel Ecclesia patrono idoneam aliquam personam proponit & sistit, petitque, ut ei usum fructum reddituum illorum conferat: vel ipse Patronus personam quampiam donis necessariis instructam nominet, & Ecclesiæ præsentet, salvo tamen semper & libero tum judicio Ministerij, tum consensu reliquæ Ecclesiæ: & hac ratione vocatio nihilominus penes Ecclesiam manet; & observatur vetustus ille

O

Canon:

Canon: *Nemo in vitis detur.* D. Chemnitius in *Ency-
ridio cap. 1. circ. fin.*

Pius itaq; Patronus, non solus vigore juris Patro-
22 natus tantum negotium † ager, sed voluntatem & ju-
dicium reliquæ Ecclesiæ, cujus causa hic agitur, &
salus potissimum periclitatur, audiet libenter: & si
causæ dissensus justæ & probabiles adferentur, me-
lioribus votis & judiciis stare se debere existimabit,
imò tanquam ipsius Ecclesiæ membrum, non caput,
in commune consultabit, & omnia ad Dei gloriam &
ædificationem corporis mystici consilia & facta sua
diriget.

Pecant autem Ecclesiæ, quæ personam à Patro-
no nominatam, donis ad docendum necessariis in-
structam recipere, & vocare recusant, urgentes, ut
personæ plures unâ præsententur. In arbitrio enim
Patroni positum, an unam vel plures personas nomi-
nare velit, nec absolutæ necessitatis est; ex pluribus
fieri electionem, sed sufficiat ad legitimam vocatio-
nem, si accedat Ecclesiæ consensus: quod si tamen
justæ recusandi causæ adsint, illas rectè allegant &
opponunt: quippè quod jus Patronatus non tribuat
23 Patronis licentiam obtrudendi Ecclesiis inutiles †
aut ineptos Dn. Gerhardus *de ministerio Ecclesiastico*
n. 115. Patroni semper sibi proponant regulam Apo-
stolicam in nominatione eligendorum, *in Epist. 2. ad*
Timoth. 2. v. 2. Quæ à me audivisti, commenda fide-
libus hominibus, qui idonei sunt ad docendum. Sin-
minus, de ejusmodi Patronis dici poterit, quod de
Jerobamo scriptura refert *1. Reg. 13. v. 33.* de novissimis
Populi aut è fece vulgi constituebat Sacerdotes; qui
pla-

placuerat ipsi, hujus manum implebat. Augustus teste Suetonio *lib. 2. cap. 56.* nunquam suos populo commendavit, ut non adjiceret, *si merebuntur.* Quantò magis patroni Ecclesiarum in personarum nominatione, ac qui alios commendant, hoc adjicere debent Dn. Gerhard. *d. loc.*

Quod si præsentatus aliquis ob justas causas, tanquam ministerio indignus judicatus, repulsam passus fuerit, † alium ei præsentare concessum est *c. pastoralis 24 de jure patron.* Si verò causæ oppositæ non sint justæ aut necessariæ, ortæ ex errore aut inopiâ judicij, vel ex pravo affectu animi, erudiendi sunt contradicentes, ut ommissa recusatione in denominatum Pastorem consentiant, nec vocationem legitimè institutam eludant. Si cedere nolint, res judicio Superintendentis & Consistorij Ecclesiastici, adhibitis aliquot aliis Pastoribus, permittenda est. *Ministerium Gryphiswaldense d. loc.*

Si plures sint Patroni, atq; inter eos ortâ contentione de persona præsentanda conveniri nequeat, tunc intra certum temporis spacium, Episcopus personam idoneam instituit, qui tamen ab eo, qui jus suum evicerit, repræsentetur *c. si verò de jure patron.*

Caveant ij, penes quos præsentandi, eligendi & vocandi est; ne in electione Ministrorum Ecclesiæ quicquam † aliud spectent, quàm Dei gloriam & bonum Ecclesiæ. Adeoq; ne respiciant cognationem, affinitatem, intercessionem, sollicitationem, † & hac ratione indignos nominent: Caveant insuper ne officia Ecclesiastica faciant venalia, neve donariis & honorariis fautores suos Ministerij Candidatis venales

les exponant: sed memores sint pristinae disciplinae Ecclesiasticae c. *sancitum est* 7. q. 1. ex Concilio Rothomagenſi. Sancitum est, atq; omnibus modis prohibitum, ut si quis presbyter inventus fuerit alicui Clerico vel Laico munera dare vel dedisse, aut aliam pecuniam tribuere, ut alterius Presbyteri Ecclesiam vacantem precio redimat, pro hac cupiditate seu rapina, seu praesumptione turpis lucri gratia, deiciatur a Clero & alienus existat a regula. Sic Justinianus Imp. *Novell. 123. cap. 1.* Sancimus, quoties opus fuerit Episcopum ordinari, clericos & primates civitatis, cujus futurus est Episcopus, mox in tribus personis decreta facere, propositis eis Sacrosanctis Evangeliiis, periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis, quia neq; propter aliquam donationem, neq; propter aliquam promissionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet causam: sed scientes eos rectae & Catholicae fidei, & honestae esse vitae, & literas nosse, hos elegerunt. *Addatur l. si quemquam 31. C. de Episc. & Cleric.*

Deniq; facta electione personae, pius Ecclesiae Patronus in Pastoris vocatione, vel cum *πρωτοπρεσβυτερος* Pastoris vocandi sunt, Magistratus loci, qui patroni & Pastoris consensu, Ecclesiae nomine id jus habet, personam rite electam praesentat Episcopo † Ecclesiae, id est, vocat eam & mittit ad Superintendentem cum literis praesentationis, ut cum presbyterio suo eum examinet & judicet, an idoneus sit ad eam Ecclesiam, seu ad Ministerium ad quod vocatur. In Ecclesiis enim rite constitutis, Superintendenti & Presbyterio ejus, communi Ecclesiae consensu jus † examinandis,

mandi, ordinandi & constituendi presbyteros, commendatum *Ministerium Grypbiswaldense d. loc.*

In negotio namq; vocationis, non nuda Ecclesiæ electio, sed & alia intervenire solent, quæ tamen & vocationis verbo tanquam sub aliquo toto comprehenduntur. Undè ad perfectam vocationem pertinet etiã Ordinatio † & Institutio. Nam post electionem Clerici & Populi, personam electam, & iudicio Doctorum probatam & admissam ordinari & institui, & quasi in possessionem officij sui mitti, convenit, adhibitis ex more Ecclesiæ precibus solennibus † 30 & manuum impositione, ut ita ad χειροτονίαν etiã χειροτονία secundum consuetudinem antiquioris Ecclesiæ accedat *Actor: 13. v. 2. Genes. 48. v. 14. Num. 27. v. 18.* D. Chemnitius in *Enchiridio d. loc.* ubi latius de ritu ordinationis agit: *Ministerium Grypbiswaldense d. loc.*

CAPUT XXII.

De jure patroni in Ecclesia Cathedrali & Collegiata.

SUMMARIA.

Jus patronatus etiam in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis obtinet n. 1. quod docetur n. 2. 3. 4. & 5.

Ecclesia Cathedralis, Collegiata, & patronata quomodo differant n. 6. 7. 8. 9. & 10.

Ecclesia Cathedralis & Collegiata regulariter sunt libera num. 11.

Capitulares quando impetrarunt jus eligendi Episcopum ab Imperatore num. 12.

*Episcopus non eligatur à laicis n. 13. quod declaratur n. 14.
Patronus quando possit presentare Prælatum in Ecclesia
Collegiata num. 15.*

- 1 **N**on tantum in Ecclesia patronata, sed etiam in
 2 alius Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis †
 jus patronatus locum habet. Quicumq; enim
 3 Ecclesiam fundavit, construxit, dotavit, ille † est
 patronus ecclesiasticus: ergo qui etiam fundavit Ec-
 4 clesiam Cathedralē vel Collegiatam, erit patronus
 illius Ecclesiæ: & facit huc, quod vocabulum Eccle-
 5 siæ est generaliter prolatum, & consequenter com-
 6 prehendit non tantum patronatas, sed etiam reli-
 7 quas † Cathedrales & Collegiatas ecclesias *c. nobis
de jure patron.*
- 4 Sic Hispaniarum † Reges obtinere jus patrona-
 tus in Ecclesiis Cathedralibus, quia eas crexerunt,
 construxerunt, & amplius dotarunt, scribit Covar-
 5 ruyas *in c. possessor §. 10. n. 5. vers. olim apud Hispanos.*
- 5 Et jure † communi Reges esse patronos majo-
 rum ecclesiarum in suis regionibus, tradit Archidia-
 conus *in c. lectis dist. 63.*
- 6 Differunt autem † inter se Ecclesia Cathedralis,
 Collegiata, & patrenata; quod in prioribus duabus
 præsul eligitur electione; quia sunt regulariter libe-
 7 ræ ecclesiæ; at in patronatis ecclesiis constituitur
 præsul præsentatione Patroni. Quod itaq; in Eccle-
 8 sia patronata & parochiali est præsentatio; † illud
 est electio in Cathedralibus & Collegiatis ecclesiis.
- 8 In Cathedrali † eligitur & est Episcopus, item,
 9 Prælati. In Collegiata sunt tantum † Prælati, qui in
 digni-

dignitate positi sunt, hoc est, possident beneficia cum jurisdictione & Imperio. In patronatis & parochialibus Ecclesiis non sunt † Prælati sive dignitarij; sed tantum personati, hoc est, qui habent tantum curam animarum, & exercent lyturgiam: undè & beneficia curata possident.

Dixi Ecclesias Cathedrales & Collegiatas *regulariter* esse † liberar: Nam certum est, quod jure communi jus eligendi Episcopum competat Canonicis prælati Ecclesiæ Cathedralis, in qua Episcopus eligi debet *c. in Genesic. in Ecclesia el. 2. c. Cumana. de elect.* quod jus eligendi Episcopum Capitulares Ecclesias impetrasse † ab Imperatore, quando pax cum Pontifice facta esset in Comitibus Wormatiensibus Anno Christi 1122. die 27. Sept. notat D. Chytræus *in sua Chronologia pag. 308.*

Et quidem eligitur Episcopus saltem à Canonicis † sive Ecclesiasticis tantum: laicis enim eligendi potestas non competit, neq; Principes laici possunt electionibus Episcoporum interesse, & habere vocem *c. 1. 2. & 3. 62. dist. 5.*

Illud tamen † consuetudine induci potest, ut factâ electione in Ecclesia Cathedrali requiratur consensus Principis *c. cum in terra. de elect.* Imò & hoc ex consuetudine, vel etiam statuto Episcopi induci potest, quod patronus interponat partes suas in electionis tractatu *c. nobis b. tit.*

Et notabiliter scribit Innocentius, quod possit induci ex consuetudine, ut mortuo Prælato, † Capitulum non prius procedat ad electionem, quam nunciatur Principi mors Prælati. Nam propter hoc non tollitur liber-

100 *Part. I. Cap. XXIII. De beneficiis Ecclesiasticis, quod libertas eligendi, sed permittitur hoc fieri propter interesse Principis tanquam Patroni, ut admoneat ad eligendum aliquem bonum & fidelem: Ita de Episcopatu Caminensi consultus respondit Schurffius consil. 70. num. 22. cent. 1. Modestini. Pistor. consil. 44. num. 56. vol. 2.*

16 Sic in Ecclesia Collegiata † potest præsentare Patronus Prælatum, si hoc jus tempore foundationis sibi reservasset, at præter nominationem tunc nihil transit, sed cætera jura patronatus, nempe quoad honores, & alia in Collegiis manent integra Roch. verb. in Ecclesia num. 1. & 3.

CAPUT XXIII.

De beneficiis Ecclesiasticis, quid juris in illis fundatores & patroni habeant.

SUMMARI A.

Beneficium Ecclesiasticum quid num. 1. ejus species sunt Commenda & Præceptoris Rhodienses num. 2. quod declaratur num. 3.

Hospitalis nomen generale est num. 4. quo comprehenduntur reliqua beneficia religiosa num. 5. que pertinent ad solitudinem Episcopi n. 6.

Ad patronorum curam que spectent n. 7. 8. non prius conferant beneficium quam vacet n. 9. Ratio n. 10. 11. 12.

Uniones beneficiorum absq. consensu patroni ne fiant n. 13. 14. & 15.

I **S**ubjectum in quo patrono competit jus patronatus, est beneficium ecclesiasticum, quod est † jus perci-

percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, provenientes clericis propter divinum officium, in certis ædibus sacris ipsi destinatum, competens *Coras. de beneficiis cap. 2. n. 1. p. 1.*

Inter beneficia Ecclesiastica rectè censentur † 2
Commendæ & Præceptoræ Rhodienses *Coras. d. loc. cap. 3. n. 1.* quia religionis personis deputatæ, eisdemq; solitæ in titulum conferri. *Clement. quia compingit §. ut autem de religios. domib.* His Commendis & Commendatariis sive præceptoribus, qui ut milites Christiani † utilem operam in bellis navarunt, tanquam emeritis & veteranis, conferebantur beneficia ad vitæ sustentationem. Eo namq; sine hospitalariis in terris Principum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hispaniæ magnæ redituum accessiones factæ, 3

Sed quia hospitalis nomen † generale est, perti- 4
nens ad omnem, cujuscunq; generis sit, receptionem, idcirco continentur ea appellatione reliqua etiam beneficia ad causam religionis † pertinentia, in quibus opera misericordiæ exercentur, veluti Xenodochia, Orphanotrophia, Gerotocomia, Nosocomia, Brephotrophia, de quibus fit mentio in *l. sancimus 22. l. ut inter 23. C. de SS. Eccl. c. in qualibet & c. sancimus 23. quest. 8. Pet. Gregor. lib. 15. syntagm. cap. 28.* 5

Ejusmodi religiosa loca pertinent ad sollicitudinem Episcopi, ut † relicta secundum præscriptum usum expendantur *c. de Xenodochiis 3. de relig. domib.* 6

Cætera ad patronorum officium sive curam spectant, qui ea ex suis bonis pia intentione † fundarunt & dotarunt *Clement. 2. de relig. donib.* ut illi liberè sua hospitalia regant *d. Clement. 2. §. præmissa* & in illis recipiant 7
P

piant pro suo arbitrio, & faciant jure foundationis sive jure patronatus *tot. tit. de jure patron.*

8. In patronatus itaq; beneficiis, collatio est ꝑ penes patronum; qui tamen alteri conferre non debet, 9 priusquam beneficium ꝑ vacet: ne vorum captatio de ꝑ mortis alterius inducatur *c. 2. Ext. de concess. preh.* 11. quod si secus fiat, illa collatio ꝑ vel addictio hujusmodi est ipso jure nulla *c. 13. c. 13. Ext. eod. Duaren. lib. 6. de beneficiis cap. 1. per tot. Cbral. de elect. dignis. & benefc. eccl. cap. 7. per tot. part. 1.*

12. Quamprimum autem ꝑ clericus mortuus est, vel alia ratione cepit vacare beneficium, patronus acquirit jus presentandi sive conferendi beneficium illud vacans *c. Episcopus 1. in fin. 8. quest. 1.*

Quia etiam patroni maxime interest non fieri 13 unionem, idem beneficia juris ꝑ patronatus laici non possunt uniri sine consensu patronorum ab Episcopis, aut conjungi Collegiatis Ecclesiis, vel in eas converti *gl. c. ad nobis verb. in Capella b. tit. sed si secus fiat, unio illa insciis & spretis patronis facta, est ipso jure nulla c. cum debitus b. tit. Lancellot. de attentatis part. 2.*

14 *cap. 4. in prafat. n. 529. & seq.* Quia officium patroni ꝑ est defendere beneficia ecclesiastica: at per unionem beneficia diminutionem quandam pati videntur *c. e contra 2. quest. 7. Roch. verb. bonarificum ante num. 9.*

15. Quin & patroni maxime interest non fieri unionem, ꝑ quia presentationem amittit, & spem alimentorum, quæ facilius ante unionem consecutus fuisset, quam post unionem: secus est in Ecclesiastico patrono, qui habet jus patronatus ratione Ecclesiæ, & non ratione pa-

ne patrimonij c. cum dilectus de offic. deleg. Pet. Gregor.
de beneficio eccles. cap. 19. n. 4.

CAPUT XXIV.

De jure utili, quod competit patro-
no, consistente in alimentacione; itemq;
in jure excedræ & sepulture.

SUMMARIA.

Patrono debentur in casum necessitatis alimenta num. 1. ha-
bita ratione bonorum ecclesie & qualitatis persone p. 2.
3. 4. Quid si unus de fidei egeat? n. 5.

Patronus quo remedio sibi consulat, si alimenta denegen-
tur num. 6.

Honori patrono debito adhareret etiam sepultura num. 7.
item, jus excedræ num. 8. 11. 12. 13. sepeliendi jus hodie
unde impetretur num. 9. & num. 10.

Hucusq; de honore patrono debito. Nunquid de
jure utili. Cum enim naturali quadam ratione
ad remunerandum illis obstricti simus, a qui-
bus beneficium accepimus c. cum in officiis 7. in pr. Ext.
de testam. idcirco recte constitutum est, ut patronus
Ecclesie, ex honore ejus persone adnexo, alimenta
pro se & filiis ab Ecclesia repetat, ut inquit Abbas in
c. prater ea illat. 2. b. tit. si ex post facto ad egestatem
perveniat c. contra 29. c. quicumq; 30. ubi gl. 16. q. 7. c. nobis
Ext. b. tit. Duar. de benef. eccl. cap. 4. ferq; in fin.

Quæ alimentatio honeste & civiliter æstimanda
est, habita sc: ratione bonorum Ecclesie patronatæ;
item, qualitatis persone, puta, patroni. Cū enim aliàs
ex jure communi alimenta ex personâ alentis & alēdi

æstimemus *l. sed et si §. 1. ff. de usufr. idcirco etiam hoc*
 3 casu attendendum, an sumptus † sive alimenta patroni personam deceant, an non, & an etiam proventus ecclesiæ excedant *arg. c. fm. quest. 3.*

Patrono itaque rum domum consulendum est,
 4 quando expensæ necessariæ pro ministerio † & conservatione Ecclesiæ subductæ fuerint, & Ecclesiæ ex fructibus in personas ecclesiasticas in sumendis aliquid supersit *c. ult. §. ult. vnf. si propter instantem temporis necessitatem eis consuli non poterit 25. q. 2. Coler. de alimentis lib. 1. cap. 13. v. 84.*

Si Universitati vel Collegio competat jus patronatus, quia singuli non sunt † patroni, idcirco, si unus ex illo corpore egestate laboret, illi alimenta non debentur *Roch. de Curte verb. Et utile.*

Pro alimentis impetrandis, patronus inopia
 6 pressus, potest convenire Ecclesiam † jure actionis Panormit. *in c. nobis 25. num. 6. Ext. b. tit. Potest etiam implorare officium judicis ecclesiastici d. t. nobis b. tit.*

Honori patrono competenti adhæret etiam † jus
 7 sepulturæ; itemq; commodioris sellæ sive exedræ † in Ecclesiis à se fundatis Hostiens & Abb. *in c. abolenda de sepult. Joach. Steph. lib. 4. de jurisd. eccles. cap. 5. per c. nobis Ext. b. tit.*

Et sic hodiernis moribus ipsa experientia nos
 9 edocet, sepeliendi jus & facultatem impetrari † à defensore & patrono Ecclesiæ, sive à magistratu politico: quamvis de jure Canonico immediate ad ipsam
 10 Ecclesiam † spectare, ab eaq; impetrandum esse, dicendum videtur *per text. in c. non æstimemus 13. quest. 2. c. ubi-*

c. ubicunq; & c. placuit 7. c. precipiendum 15. c. cum in extraneo 9. Ext. de Simonia.

Videmus etiam patronos eorumq; domesticos, in Ecclesiis à se vel parentibus fundatis, in commodissima † parte templi habere sua subsellia sive exedras, 11 itemq; sepulchra ante altaria, quibus nomina & majorum suorum insignia depicta conspiciuntur, quæ sine injuria ipsorum abradi vel auferri non possunt *Bart. in l. 5. ut ejus ff. de operib. publ. Menoch. recup. poss. remed. 15. n. 26. & seq.*

Quod si verò in divisione hereditatis ita invicem conveniant, ut unus saltem † habeat jus patronatus 12 in solidum, non excepto & reservato jure sepulturae, tunc ad eundem hereditatis titulo pertinet universum jus patronatus *das ganz Pfarrschen* una scilicet cum ipso jure funerandi. Aliud autem est, † si jus 13 funerandi specificè & expressè excipiatur, & omnibus coheredibus reservetur: nam tunc illud traditum & divisum non censetur, quod expressè reservatum est. *l. si in causa ubi gl. C. de transact.*

CAPUT XXV.

De jure oneroso quod patrono

Ecclesie incumbit.

SUMMARIA.

Patronorum jus onerosum quale sit n. 1. 2. 3. 4. 5.

Providere verbum est generale, quod explicatur & declaratur num. 6. & 7.

Patronus quare dicatur Advocatus n. 8. si non defendit ecclesiam, privatur jure suo quod habet n. 9.

- S**ecundum naturam est, incommoda cujusq; rei sequi eum quem sequuntur incommoda per unig. idcirco ne Ecclesiarum patroni saltem de honore & utilitate certent, & triumphant, ac ab omni onere.
1. immunes sint, introductum est, ut † curam Ecclesie in se recipiant, & caveant, ne per ministros Ecclesie, neque per seipso, bona & proventus dilapidentur. *quicumq; c. decernimus 16. q. 7. sed ut Ecclesiam, ejusq; bona pro viribus contra hostiles impetus defendant*
 2. *c. filiis 16. q. 7.* quo nomine sumptus † & expensæ patronis ab Ecclesia subministrandæ sunt *Ciradin. p. 6. artic. 5. n. 3.* Si itaq; sacerdos sive minister bona Ecclesie dissipaverit, vel fraudaverit, † cum patroni honesta conventionē compescere, aut Episcopo vel judici corrigenda denunciare debent *d. c. filiis.*

- Deinde incumbit hoc onus patrono, quod Ecclesiam à se vel ab antecessoribus fundatam, & postmodum funditus destructam, tenetur rursus † reparare. Quod si verò hoc facere nolit, & alter eam de consensu reedificat, ille fit ejusdem patronus, eodemq; loco est, atq; si † ab initio eam novam construxisset: prior vero patronus jus suum amittit; quia res, & obligatio semel extincta amplius non reviviscit. *qui res §. arcam ff. de solut. c. quaris de consecrat. distinct. 4. Pecc. de eccl. reparand. cap. 34. n. 1. & seqq.*

- Et quando traditur, patronum debere providere
6. Ecclesie; illud providere, est † verbum generale, omnia per se comprehendens, quæ spectant ad utilitatem Ecclesie, seclusa omni fraude, & sic extramachinationem ipsius patroni, sub pœna excommunicationis *d. c. decernimus d. c. vobis* Spectat huc † etiam, quod

quod patronus possit & debeat impedire ne reditus Ecclesie patronatæ in alios usus convertantur, quam in illos, in quos tempore foundationis fuerunt deputati Abb. *in c. suggestum b. tit. Lambert. de jure patronatus pag. 397.*

Quia itaq; patrono incumbit Ecclesiam defendere, ab omnibus oppressionibus, undè etiam dicitur † Advocatus seu Defensor. Hostiens *in summa b. tit. §. quod competat* exindè consequens est, patronum non debere Ecclesiam opprimere *c. praterca el. 2. b. tit. c. quia clerici & c. de jure b. tit.* Quod si non defendat Ecclesiam, ita constitutum est, ut debeat † patronus omni commodo, quod habet ex Ecclesia, privari *gl. in verb. defendere in c. tributum 23. q. ult.*

CAPUT XXVI.

De unione & incorporatione Ecclesiarum.

SUMMARIA.

Unio Ecclesiarum quid sit n. 1. debet fieri cum consensu patroni num. 2. ex legitimis causis puta, necessitatis, utilitatis & pietatis 3. quod plenius illustratur, de necessitate n. 4. de utilitate n. 5. de pietate n. 6. Debet etiam praecedere causa cognitio n. 7. citandi illi quorum interest n. 8. Unio redigenda in scripturam n. 9. ratio n. 10.

Ecclesia qua parens, qua filia fit & dicatur n. 11. 12. 13. 14.

Superius cap. 23. dictum, unionem beneficiorum absq; consensu patronorum fieri non posse. Sic nec unio & incorporatio Ecclesiarum absq; consensu

sensu ipsorum patronorum vel collatorum fieri potest *Clement. 1. §. ad hoc de stat. Monach. Roch. verb. benedictificum quest. 3.*

1. Est autem unio ꝛ nihil aliud, quam duarum pluriumve Ecclesiarum facta **connexio**, ex eo quod plures Ecclesie in unum **conjunguntur** Lambert. *lib. 2. Inst. juris Canon. tit. 19.*

2. Ejusmodi unio absq; consensu patroni ꝛ fieri non potest, propter præjudicium **patroni**, cū per unionem Ecclesia exeat de manu & **dominio ipsius**: quin & iniquum foret, si sine patroni **consensu**, aliorumque quorum interest, mutatio Ecclesiarum etiam quoad curam constituatur Lambertin. *lib. 2. tit. 2. artic. 6. quest. princip. b. tit.*

3. Sed ad unionem faciendam **requiritur**, ut adsint **justæ & legitimæ ꝛ causæ**: alias non solum annullanda, verum ipso jure nulla est *Abb. in c. sicut in pen. quest. vers. item unio fit de excess. pralat.* Causæ justæ purantur hæ; causa necessitatis, utilitatis & pietatis: nam eadem ferè solennitates, quæ in alienatione rerum Ecclesiasticarum jura statuerunt, hic desiderantur. *1. c. 3. de reb. Eccl. non alien. c. 1. eod. Panormit. in c. nulli num. 4. d. tit.*

4. **Necessitas ꝛ** in genere dicitur esse, ubi aliud remedium succurrendi non apparet. *c. quando de consuet.* veluti, cum duæ Ecclesie aded sunt pauperes, ut impossibile sit earum proventus ad victum Sacerdotum sufficere: aut si altera Ecclesia desolata sit immanitate hostium: aut si sufficiens non sit in ædificandis aut reficiendis ædificiis Ecclesiasticis, in conservationem agrorum: tunc enim conceditur ex hac necessi-

necessitate, ut Ecclesiæ in adiumentum Ecclesia uniatur Boër. *decis. 44. n. 23. Lancellot. lib. 2. Institut. tit. 19.* & paupertatis, itemq; hostilitatis ratione fieri unionem Ecclesiarum posse, patet *ex c. postquam 16. quest. 2. §. hostilitatis quoque.*

Utilitas † præbet justam causam ad unionem instituentam; veluti, si contingat, pastorem vel ministrum verbi divini alimenta sufficientia ex una Ecclesia non habere, propter paucitatem populi; tunc alia Ecclesia in meliorem sustentationem potest uniri & incorporari; licet hoc fiat incommodo subditorum Koppen. *enucleat. 5. decad. 1. num. 46.* Nam vicimus incommodum aliquod pati debet, pro utilitate publica; publicè enim interest, ne pastores vel curatores animarum egeant; cum denegare alimenta, sit necare *l. necare. de liber. agnosc.*

Pietatis deniq; † causa interdum etiam suadet, ut Ecclesiæ uniantur *arg. l. sancimus C. de SS. Eccl. c. aurum c. sacrorum c. sicuti 12. quest. 2.* Pium id omne dicitur, quod ad religionem & sacra conservanda instituitur: cum summa sit ratio, quæ pro religione facit *l. sicut persona in fin. de relig.*

His casibus, ne quid detrimenti divinus cultus & animarum cura patiatur, possunt plures Ecclesiæ & beneficia in unum conjungi Lancellot. *d. loc.*

Sed etiam omninò antecedit † causæ cognitio. 7
Debent itaq; omnes citari quorum † interest, & jura 8
uniuscujusq; audiri & discuti: neq; negligi quoq; debent Ecclesiarū Rectores Menoch. *de A. J. 2. lib. 1. q. 13.*
Præterea ut ita sit unio peracta & perfecta, ea in scripturam † redigi debet, cum per testes probare non

2

luffi.

10 sufficiat c. sine exceptione 12. quest. 2. c. 1. de reb. eccl. non alienand. idq; idè, † ut tollatur **dubium**, an nimirum superioris consensus intervenerit: deinde, ut non opus sit probatione per præscriptionem, quæ solet esse difficilis propter immemorialis temporis possessionem Cravet. *consil. 258. n. 21.* Boër. *decis. 345. per tot.*

Pluribus Ecclesiis ita unitis, illa æstimatur primaria siye *parens*, quæ † dignior est: de quo constare, potest ex literis in custodia publica retentis; vel ex seniorum testimoniis, vel ex fama communi: Altera 12 vero ecclesia † erit *Filia*. Quod si de eo non constet, 13 ea censebitur primaria † & *parens*, in qua Parochi 14. commodior poterit esse habitatio, & altera erit. † *Filia* Mascard. *de probat. concl. 114. n. 16. & 17.*

CAPUT XXVII.

De iis quæ patronus Ecclesiasticus de jure Canonico facere non potest.

SUMMARI A.

- Patrono denegantur quæ sunt juris Episcopalis n. 1:*
Episcopi potestas qua fit n. 2. ille pastorem institutum potest
removere, non etiam patronus n. 3. 4. 5.
Episcopi etiam debent inquirere in mores clericorum, non
patroni num. 6. 7:
Patronus non potest bona Ecclesie sua auctoritate disponere
n. 8. sed est hoc Episcopi n. 9.
Episcopus vendicat alienata à patrono n. 10:
Patronus non constituit Provisores Ecclesie n. 11. nec poscit
ab iis rationes n. 12. sed hoc competit Episcopo n. 13.

Patro-

Patronus non habet administrationem domuum religiosarum n. 14. sed Episcopus n. 15. cui etiam competunt visitationes Ecclesiarum n. 16.

Patronus nihil juris vel jurisdictionis habet in Ecclesiam ejusq. Rectores & clericos n. 17.

Episcopus est iudex competens in causis civilibus, criminalibus & ecclesiasticis num. 18.

Patronus non potest unire Ecclesiam vicini patroni cum sua num. 10. Ratio num. 20.

EX præcedentibus videre est, quænam jura illa sint, quæ patronus habet. Unde evidenter deducitur, cætera quæ ad ordinem Ecclesiasticum pertinent, patronum peragere non posse, adeoque ea † quæ juris Episcopalis & jurisdictionis Ecclesiasticæ sunt, ad patronum non spectare.

Episcopo † itaq; soli, excluso patrono, competit potestas ad Sanctæ prædicationis officium, & ad connexa ministeria in Ecclesia, habilem & idoneum deprehensum, assumendi, eundemq; ordinandi, instituendi & in actualem possessionem mittendi, secundum cujusque loci consuetudinem *Colet. consil. 34. num. 122.*

Ejusmodi semel à patrono præsentatum, & ab Episcopo institutum, patronus † destituere vel removere suo arbitrio iterum non potest *c. quoniam & c. præterea b. tit.* quia hoc ad Episcopum, vel qui Episcopale jus † habet, pertinet *c. nullus 16. q. 7. c. 3. de Xenodoch. & relig. domib. Duax. lib. 5. de benefic. cap. 4.*

Hinc si patronus super actibus institutionis vel destitutionis sese propria autoritate † intromitte-

ret, diceretur immutare juris dispositionem Innoc. in c. quoniam ne prælati vices suas. & c. noverint 10. quæst. 1. Panormit. in c. præterea Ext. h. tit.

- 6 Sic nec † patronus super dissensionibus vel controversiis in religione; neq; super vita & moribus ministrorum Ecclesiæ habet cognitionem aut coercionem: nam hoc idem pertinet ad Episcopum diocesis, in cuius locum hodiè successerunt Superattendentes, & Consistoria Ecclesiastica. Episcopo † namq; incumbit inquirere in mores & scelera clericorum, sine ullius impedimento c. 1. c. licet in cogendis c. irrefragabili de offic. judic. ordin. c. licet Helij Ext. de Simonia c. præcipue 11. quæst. 3.

- 8 Sic quoq; patronus non potest sua autoritate administrare † disponere & gubernare res & bona Ecclesiæ tum mobilia, tum immobilia; sed competit † hoc Episcopo c. sic quidam c. decretum c. quecumq; c. noverint c. de his 10. q. 1. Quin & si patronus quædam † bona, contra præscripta Canonum, alienet, illa vendicat Episcopus c. Augusta c. si qua 12. q. 2. l. sancimus 21. C. de SS. Eccles.

- 11 Sic patronus non potest † constituere Oeconomos & Provisores l. jubemus 14. in prin. C. de SS. Eccl. l. omnes 33. §. hoc nihilominus C. de Episc. & Cler. nec rationes † ab eisdem de gubernatione & dispositione bonorum Ecclesiæ petere: sed † hoc competit Episcopo d. l. jubemus & d. l. omnes.

- 14 Sic nec religiosarum domuum, † quoad administrationem & disciplinam, inspectionem habent patronis, sed † Episcopus tot. tit. Ext. & Clemens. de religios. domib; ut Episcopo sint subiectæ.

Sic

Sic visitationes Ecclesiarum † non competunt 16
 patronis, sed Episcopis vel præsulibus & inspectori-
 bus Ecclesiarum ad id deputatis, quos Superat-
 tentes nominamus: quibus incumbit, singulis annis
 sollicitè visitare oves à Deo sibi commissas, eas ver-
 bo & exemplo suo ædificando, iisque necessaria, qui-
 bus indigere dignoscuntur, & quæ ad salutem anima-
 rum pertinent, subministrando *c. inter cetera vers. nu-
 da de offic. ordin. c. decernimus c. Episcopum 10. q. 1. Coler.
 consil. 34. n. 29.*

Præterea nihil omninò jurisdictionis vel juris
 patronus habet in Rectorem † & Clericos Ecclesiæ, 17
 nam patronatus jus nihil commune habet cum juris-
 dictione D. Cothm. *resp. Acad. 1. num. 389.* sed Episco-
 pus vi jurisdictionis suæ, quam in tota diæcesi & qua
 libet ejus parte fundatam habet *c. omnes basilica 16. q. 7.
 c. cum contingat Ext. de foro compet. c. conquereute Ext. de
 offic. ord. omnes clericorum † causas quascunque, sive 18
 civiles, & criminales, sive Ecclesiasticæ sint, audire, &
 per sententiam definire, poenas decernere, ab officio
 & dignitate suspendere, imò prorsus removere, &
 deponere, remotosq; & depositos iterum restituere,
 potest *c. de cernimus Ext. de judis. c. jurgantium Ext. de
 sentent. c. si quis cum clerico n. q. 1. c. dilectus Ext. de offic.
 ordin. c. qua renti de verb. sign.**

Denique patronus non potest alterius vicini pa-
 troni Ecclesiam pro libitu ad † se trahere, & ita 19
 unam Ecclesiam suam alteri per unionem incorpora-
 re; quia unire & incorporare Ecclesias est quasi re-
 servatum † superioris Panorm. *in c. sicut unire n. 3. de 20
 excels. pralat. de quo dictum est supra cap. 26.*

Q 3

CAPUT.

CAPUT XXVIII.

De jure patronatus, quod hodiernis temporibus in plerisque evangelicis Ecclesiis per consuetudinem & observantiam servatur.

SUMMARIUM.

Jus patronatus hodiernum differt ab antiquo jure patronatus num. 1. quod explicatur n. 2. & 3.

Pastores absque cognitione causa non possunt removeri ab officio num. 4.

In legitimo jure patronatus usu acquisito patronus est defendendus n. 5. 8.

Consuetudinis magna vis est n. 6. si est rationalis n. 7.

Pleraque civitates habent administrationem bonorum religionum num. 9.

Patronus non potest facere ordinationes Ecclesiarum sine consensu superioris n. 10. quod illustratur n. 11. & 12.

- 1** Jus patronatus, quo hodiernis temporibus in Evangelicis Ecclesiis utimur, multum differre, et ab illo jure patronatus, de quo jura Canonica disponunt, omnes mortalium, quotquot sunt in mundo, & aliqualem juris cognitionem habent, fateri cogi, scribit Joannes Koppen *enucleat. 2. n. 23. decad. 1.*
- 2** nam (addit *num. 24.*) non solum in Episcopali et territorio Magdeburgensi, verum in Electoratu Brandenburgensi, & apud omnes reformatæ religionis Principes totius Imperij Romani in usu & viridi observantia esse, quod per jus patronatus hodiernum non

non tantum jus præsentandi, verum etiam jus vocandi & introducendi pastores, simulq; omnia alia jura ad verum cultum divinum pertinentia, & sic omnimoda jurisdictio Ecclesiastica, vigore feudalis investituræ à Dominis feudi & collatoribus superioribus, patronis cujusq; Ecclesiæ conferantur: nisi Dominus vel collator sibi aliquos actus expressim reservarit: tunc enim jurisdictionem secundum pactum illud reservatorium instituendam. Hæc Koppen. d. loc.

Sic refert Sceplitz *ad consuetudines Marchia* §. 6. p. 1. tit. 1. Consuetudinibus † Marchiæ part. 1. tit. 1. §. 6. 3. cautum esse, Es sollen die Patroni auß erheblichen Ursachen / doch mit gebührenden vorhergehenden Proceß die Pfarherrn wiederumb zu erlauben mathe haben / hoc est, patronos posse legitimis de causis dimittere & ab officio removeere pastores: quod idem notat Fridericus Prucmannus *consil. 34. n. 28. vol. 1.*

Sed cum expressè dicitur, patronis, non nisi legitimis de causis, & prævio decenti processu, licere, pastores ab officio removeere; exindè patet, neq; in Marchia privata libidine vel autoritate pro libitu patronos removeendi † pastores potestatem habere. 4. Prout etiam in Pomerania nostra, & in aliis Provinciis usu servatur, ut scilicet patroni adversus pastores suos coram Consistorio Ecclesiastico propter commissos excessus & enormitates, ad pœnam infligendam agere, necesse habeant.

Quod attinet jus cognoscendi super rebus litigiosis, item, liberam rerum Ecclesiasticarum dispositionem, jus visitandi, itemque omnimodam jurisdictionem.

5 dictionem, tam in spiritualibus, quam temporalibus; si patronus vel per consuetudinem & observantiam, vel vi & efficacia investituræ, illa jura diutina possessione continuè, & sine ulla interruptione usurpaverit (prout D. Koppen *dict. enucleat.* i. illi monasterio, de quo quæstio illi proposita, prædicta jura competere asseruit) certè in eo jure † & possessione omnino defendendus est, neq; propriâ auctoritate aliquo modo vel colore inquietandus vel turbandus est, donec possessio ordinaria juris viâ legitimè ei auferatur *l. in pari causa de reg. jur. l. is. qui de rei vendic. l. finita §. ubi autem ff. de damno infect. l. exitus ff. de acq. vel amit. poss.*

6 Magna enim est † vis consuetudinis, si est ratio-
7 nabilis, & à jure divino † & civili non improbetur: quia ea vim privilegij habet *l. i. §. fin. de eq. pluv. arc. l. hoc jure §. ductus ff. de aqua quot. id. §. astiv. c. i. de prescript. in 6.* præsertim si per observantiam subsecutam corroboretur: talis enim observantia declarat consuetudinem *l. minimè l. si de interpretatione de legib.*

8 Quod si investiturarum literæ doceant, illa jura simul esse collata in patronum, certè ejus † quoque effectus erit, ut det apprehendendæ possessionis liberam facultatem privata auctoritate Bald. *l. quoties n. 13. C. de rei vindicat. Wesenb. consil. 7. n. 7. vers. nam proprius vol. i.*

9 Sic civitatem municipalem, quæ tamen jurisdictione, itemq; mero & mixto imperio utitur, rectè & legitimè jurisdictionem & administrationem † in S. Spiritus & divi Georgij æde sibi asserere & vindicare, respondit D. Cothman. *consil. 32. v. 4.*

Cate-

Cæterum peculiæres ordinationes, vel † etiam 10
Ecclesiærum conjunctiones instituere, aut ceremonias discordantes introducere, sine consensu superioris, omnino patronum prohiberi, rectè scribit idem Joannes Koppen *enucleat. 2. n. 10.*

Interest enim Reip. & magistratus, consonantiam quandam esse, non solum quoad religionem, verum etiam quoad ceremonias Ecclesiasticas. Ideoque necesse est, ut magistratus, Episcopus, vel superior Dominus † noticiam habeat ordinationis quam inferior patronus in Ecclesiis instituit *c. cum ex conjuncto in fin. de hered. in 6. c. 1. de capell. Monach. Rol. à Valle. consil. 46. num. 1. vol. 1.*

Authoritas enim superioris semper reservatur illæsa, cum jurisdictio † citra auctoritatem ejus nequeat exerceri *Rol. à Valle consil. 48. num. 21. vol. 2. & consil. 80. n. 15. Joan. Kop. enucl. 5. n. 11. & seq.*

CAPUT XXIX.

De pactis & conditionibus adjectis juri patronatus.

SUMMARIA.

In fundatione Ecclesiæ & acquirendo jure patronatus possunt pacta adjici num. 1. à quibus recedendum non est n. 2. quando intervenit auctoritas superioris n. 3. & 13. 14. Pacta illa sunt vel reservatoria n. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. vel derogatoria num. 10. 11. 12.

IN præcedentibus dictum est de iis quæ sua natura sive beneficio juris & sacrorum Canonum, jure patronatus

R

trona-

118 *Part. I. Cap. XXIX. De pactis & conditionibus*
tronatus veniunt; qualia fuere præsentatio, honor,
alimentatio, cura, itemq; translatio, successio, & his
similia; quæ etsi à patrono non exprimantur, nihilo-
minus jure reipsa insunt.

Videndum itaq; hoc loco est breviter, de pactis
& conditionibus adjectis juri patronatus. Quod
enim in exteris contractibus usu venit, ut quædam
illis naturaliter insint, quædam verò conventionis
lege *l. in traditionibus 48. de pact. l. pacta conventa 78. ubi*
Dd. de contrab. erat. l. ex empto 17. de act. emt. c. verum de
condit. appof. idem etiam in jure patronatus obtinet,
1 ut scilicet patronus in fundatione † Ecclesiæ, itemq;
monasterij, possit condiciones & pacta apponere,
quæ vult, dummodo sint honesta *c. praterea & c. nobis*
ubi Dd. b. tit. Roch. de Curte, verb. pro eo quod de diocesi-
sani consensu quest. 12. prout in quavis traditione &
fundatione quis potest apponere ea pacta quæ vult
l. in traditionibus ff. de pact. & ab ipso primordio forma-
tur posterior eventus l. 1. C. de impon. lucrat. descript.
lib. 10.

Et hinc pacta conditionesque in jure patronatus
2 pro forma fundationis illius juris † semper benè at-
tendenda, & ab ea recedendum non esse, textus est *in*
d. c. verum de condit. appof. Menoch. consil. 22. vol. 1. arg.
l. à testatore ff. de condit. & demonstrat. quia jus patro-
natus regulatur secundum dispositionem fundato-
3 ris, quando intervenit † autoritas superioris *Tusc.*
vol. 4. concl. 607. in pr.

Adjiciuntur itaq; quædam pacta à patrono, pu-
4 ta, ut sibi heredibusq; suis † pensio annua exsolvatur
c. praterea 23. Ext. b. tit. vel ut major pars oblationum
ipsius.

ipſius Eccleſiæ alteri cedat *c. Eleutherius 28. quaſt. 2.*
Item, † ut fructus, ſive alij redditus vacantis Eccleſiæ
ſive beneficij, ad ſe ſpectent *c. generali 13. de elec. in 6.*

Quia & quælibet aliæ † pactiones reſervatoriæ
à patrono adjici poſſunt *l. nam ut ait 13. de legib. junct.*
d. l. in traditionibus & l. 1. verb. ſolvimus ff. de ſolut. Ita ta-
men, ut in iis interveniat authoritas Episcopij, & qui-
dem in continenti, id eſt, tempore foundationis, ædi-
ficationis † vel dotationis Cæſar. Lambert. *in 9. quaſt.*
princ. 1. in part. artic. 1. cum ſeqq. Nam ex poſt facto,
pactiones ſive reſervationes adjectæ † à Patrono
nullius ſunt momenti, etiam Episcopo authore *c. 3.*
junct. gl. ibid. & c. prohibemus 7. Ext. de cenſib. Roch. ad
Rubr. b. tit. in verbo pro u. 29.

Hinc quamvis jus patronatus ad quoscunq; he-
redes etiam extraneos tranſeat *Dd. in c. plures poſt gl. b.*
tit. Abb. in c. 1. eod. Poſteſt tamen patronus in funda-
tione apponere pactum, ut jus patronatus non tran-
ſeat ad † ad extraneos, ſed ſaltem ad heredes ſangui-
nis, & tunc heredes extranei cenſentur excluſi: quod
veriſſimum eſſe, quando tali diſpoſitioni conſentit
Episcopus, ſcribit Rochus *verb. ipſe vel is à quo cauſam*
habent quaſt. 8. verſ. ſed hic ſuboritur.

Et quod dictum eſt de pactionibus reſervato-
riis, idem etiam obtinet in pactionibus derogatoriis †
hoc eſt, quibus naturæ patronatus derogatur, ut ni-
mirum illæ pactiones adjici poſſint, modò itidem
non ex intervallo adjectæ ſint, & ſine Episcopi con-
ſenſu *c. cum dilectus 10. Ext. de conſuet. ubi gl. & Panorm.*
prout idem quoq; eſt in aliis contractibus *l. ſm. C. de*
paſt. int. emt. & vendit. l. in traditionibus ff. de paſt.

- 11 Hinc valet conventio † inter Episcopum & patronum, ne ulla institutio adhibeatur, vel sacerdos primus, & reliqui subsequentes, possint sibi successorem eligere in supremo vitæ spiritu, qui absq; alia institutione, beneficij possessionem capiat. Lambert. *d. quest. 9. pr. artic.* Item, ut liceat patrono præsentatum † & institutum pro arbitrio remove, & alium substituere Lambert. *d. loc. artic. 2* dum tamen hoc arbitrium boni viri sit *arg. l. si in lege 24. in princ. ff. locat.* & ad unam tantum amotionem, non in infinitum porrigatur *l. boves 89. §. hoc sermone ff. de verb. signif. l. hæc conditio 10. de condit. & demonstrat.*

- 13 Consensus itaq; Episcopi necessariò exigitur, ut pactiones juri patronatus in fundatione † appositæ valeant. Hinc si testator hac lege Capellam extrui jusserit, ut institutio ad alium quam Episcopum pertineret, hæc conditio ita demum subsistet, si ab Episcopo recepta sit Abb. *in c. nobis. de jure patron.* sic † nec patronus pro sua propria autoritate potest ad-jicere pactum sive conditionem in fundatione, per quam jus Episcopale minuat. Panormit. *in c. cum dilectus de consuet.*

CAPUT XXX.

Quibus modis jus patronatus
finiatur.

SUMMARI A.

Jus patronatus finitur destructione Ecclesie n. 1. quod explicatur num. 2. precepta dote num. 3. alienato feudo n. 4. cassatione investitura n. 5. facta conversione Ecclesie paro-

parochiana in Collegiatam num. 6. unione num. 7. sententia num. 8. translatione num. 9. si patronus occidat praelatum num. 10. vel vulneret num. 11. si committat crimen lese majestatis num. 12. si fiat bareticus num. 13. si eo jure abutatur num. 14. si non presentaverit intra praefixum terminum num. 15. vel patiatur presentationem fieri per alium num. 16. vel praescribi ab alio jus patronatus num. 17.

Universitas iisdem modis amittit jus patronatus, quibus alia persona num. 18.

VIdimus usq; huc, quibus modis jus patronatus constituitur & acquiratur, & quid juris habeat patronus. Sequitur de modis quibus illud rursus solyatur ac finiatur: Uti namq; certis modis constituitur, ita etiam certis modis dissolvitur & finitur *l. nihil est tam naturale 35. de reg. jur.* & omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissolvitur *c. omnis res de reg. jur. in 6.*

Ut itaq; jus patronatus ex fundatione, constructione & dotatione Ecclesiae acquiratur, ita rursus quoq; ex destructione † ejusdem, si nimirum patronus Ecclesiam dirutum † sive collapsum non reficiat, amittitur & dissolvitur *c. quaris de consecrat. dist. 4. Pet. Pecc. de reparand. Eccl. cap. 34. n. 5. 2.*

Sic ut ratione dotis in Ecclesiam collatae quis fit patronus, ita & propter dotem iterum praereptam † amittit jus patronatus, & illud de novo acquirat qui cum consensu Episcopi de novo dotem confert. Dos enim est anima Ecclesiae; quocirca illa ei praerepta, concidit Ecclesia & exanimatur *Citad. pars. 14. 3.*

Sic uti cum feudo, cui adhæret jus patronatus, ac-
4 quiritur illud jus patronatus: ita & alienato ꝛ illo
feudo idem transfertur & amittitur *d. c. nemini Regum.*

Et uti jus patronatus per concessionem investi-
5 turæ constituitur; ita etiam contra per ejusdem in-
vestituræ ꝛ cassationem ex delicto, vel alia justa cau-
sa tolli, dicendum est. Nam ex quibus causis vasa-
lus feudo privatur, ex iisdem etiam jus patronatus
feudo cohærens amittitur Cravet. *consil. 597. n. 3.*

Quemadmodum etiam bello acquiri jus patro-
natus, dictum: ita etiam contraria vi bellica idem
amittitur *tot. tit. de acquir. rer. dom. & tot. tit. de capt.
& postlim. rev.*

Finitur jus patronatus etiam, si patronus absq;
6 juris sui reservatione patiatur Ecclesiam suam ꝛ pa-
tronatam converti in Collegiatam: nam hoc casu jus
patronatus ad effectum præsentandi perditur Panor-
mit. *in c. nobis.*

7 Finitur itidem unione, ꝛ si scilicet patronus Ec-
clesiæ patiatur aut consentiat Ecclesiam suam alteri
Ecclesiæ uniri sine contradictione: nam Ecclesia al-
teri unita amittit jus suum, & eo utitur illa Ecclesia,
cui facta est unio *c. recolentes de stat. Monach. Delphin.
de jure patron. lib. 2. n. 224. vers. quintò extinguitur.*

8 Per sententiam ꝛ etiam perditur jus patronatus,
in qua pronunciatum, aliquem non habere jus patro-
natus; & illa sententia transierit in rem judicatam,
Citadin. de jure patron. p. 14. n. 10.

Quomodo jus patronatus finiatur per transla-
tionem,

tionem, quando scilicet ab uno in alium † legitimo modo transit, de eo dictum est *sup. cap. 17.*

Tantum de causis dissoluendi & finiendi juris patronatus ex nulla culpa. Nunc videndum de causis quæ cum delicto aliquo conjunctæ sunt. Illa culpa patroni vel est commissionis, vel omissionis *gl. in si mora ubi Dd. ff. solut. matrim.*

Committendo, si patronus ipse sive per alios occidat Prælatum, vel Rectorem † Ecclesiæ: tunc enim ille cum posteris usq; ad quartam generationem ipso facto exuitur jure patronatus, & cedit illud jus Ecclesiæ, cui illata est injuria *Dd. in c. in quibusdam junct. gl. ibid. c. filius in fin. 16. quæst. 7.*

Idem est, si non occidat penitus, sed impias manus prædictis personis intulerit, vulnerando, † vel alia enormi læsione offendendo *d. c. in quibusdam, ibi, occidere vel mutilare præsumserit.*

Amittit † patronus etiam jus illud si committat, 12 crimen læsæ majestatis, *Abb. in c. cum laici b. tit. 5 in c. quia diligentia in fin. de elect.*

Sic si patronus factus fuerit † hæreticus, amittit 13 jus patronatus *c. vergentis 10. de heret. Auth. Gazares C. de heret.*

Amittitur † etiam jus patronatus ex abusu ejusdem, si scilicet patronus Ecclesiæ, jurisdictionem, bona, census, jura, feuda, fructus & quascunq; obventiones, quæ in ministrorum Ecclesiæ necessitates conferri debent, per se, vel alios, vi vel quacunq; arte, aut quocunq; colore quæsito, in proprios usus convertit, illaq; usurpare præsumat, sive impediatur, ut ab his, ad quos de jure pertinent, percipiantur
c. gene-

c. generali 13. de elect. 16. c. in quibusdam. de pen. Welfeb. consil. 37. n. 9. lib. 1.

15 Omittendo amittitur jus patronatus, si patronatus intra præfixum terminum non † præsentaverit: nam tunc pro ea vice amittit jus præsentandi & defertur ad superiorem *c. unic. b. tit. Uran. consil. 34. n. 52. tom. 1. Tusc. concl. 150.*

16 Sic etiam patronus negligens præsentare, & præsentari per alium, † sibi præjudicat quoad jus patronatus; quando soli negligenti competeat jus præsentandi *Tusc. concl. 149.*

17 Sic omittendo amittitur jus patronatus, si patronus patiatur † præscribi jus illud ab Episcopo *c. canoscitur 6. de his qua fiunt à prelat. Roch. verb. ipse vel 15. à quo num. 91.*

18 Deniq; illud notandum, quæ de causis amittendi juris patronatus ex diversis delictorum generibus dicta, non solum de personis patronorum singularibus, sed etiam de ipsis † Universitatibus intelligi debere, ut & illæ iisdem modis jus patronatus amittant: nam & Universitas potest delinquere *l. metum §. animadvertendum ubi gl. Quod met. caus. COVARR. 2. var. resol. cap. 8. n. 9.*

CAPIT XXXI.

De iudicio & iudice competenti in causis juris patronatus.

SUMMARIA.

*Causa juris patronatus pertinet ad iudicem Ecclesiasticum
n. 1. quoad petitorium n. 5. secus quoad possessorium n. 6.
quod*

quod explicatur num. 7. & 8. hodie tractantur cause illa in Consistoriis Ecclesiasticis num. 9. at secus est si de bonis sive rebus questio sit, num. 10. quia in actione reali persona non dicitur obligata, sed res salsem n. 11.

Superest ut de actionibus, quæ patronis competunt, dispiciamus. Sed cum eæ in iudicio coram iudice competenti proponendæ & discutiendæ, idcirco primò videndum de iudicio & iudice competenti in causis juris patronatus *arg. tot. tit. C. de iurisd. & foro compet.*

Causas huiusmodi non ad iudicem laicum, si causa juris patronatus principaliter tractetur, sed ad iudicem Ecclesiasticum † tanquam præstantius quid 1
pertinere, Dd. communiter concludunt. Licet enim 1
ius patronatus præcisè non est † spirituale, quia per 2
laicum potest possideri & præscribi Felin. *in c. quanto*
num. 2. de iudic. est tamen spiritualitati † quam proxime 3
adnexum, adeoq; naturam spiritualitatis sequitur *c. quanto* & *c. de iur. b. tit.* Gail. 1. *obs. 38. n. 6.* Unde 4
ejus juris cognitio † dicitur mixta. Constat autem 4
concreta vicissim reciprocari *l. que religiosi. de rei vendicat. l. arbor. ff. comm. divid.* & mixtum ceu compositum ex duobus, sequi naturam simplicis dignioris, & dignius trahere ad se minus dignum *c. quod indubie de consecrat. Eccl. ubi gl.* at jus patronatus spiritualitati adnexum, est dignius Tusc. *verb. jus patronatus concl. 595.*

Idq; ut maximè verum est secundum CC. quoad petitorium, sive quando agitur de † proprietate *c. fin. Ext. de iudic. Mynsing. 1. obs. 100.* at in iure possessionis, sive quando questio est de possessione † juris pa- 6

S

trona-

7 tronatus præsentandi, eligendi, & alias, ubi sufficit
 de solo facto constare, sive de quasi possessione, nec
 veritas tituli requiritur, tunc Pontifices apud secula-
 rem potestatem etiam litigare permittunt: quia pos-
 8 sessio est facti *l. i. de acquir. poss. & possessorium causæ* †
 spiritualis non est quid spirituale, cum non tangat
 veritatis medullam, sed est temporale *Gail. d. obs. 38.*
n. 3. & 4. Myns. 2. obs. 67. & cent. 5. obs. 93.

Uti vero olim apud Ecclesias Episcopale illius
 forum sectari patronus solebat: Ita hodie hujusmo-
 di generis causæ in protestantium provinciis, co-
 9 ram iudicibus Ecclesiasticis † sive Consistoriis diju-
 dicantur: & utrobyq; quidem, si de præsentationis
 jure lis sit, mota; si vero de Ecclesiæ bonis alibi sitis
 10 lis sit, itidem ad eundem † erit iudex civilis illius terri-
 torij *l. fin. C. ubi in rem actio c. fin. de foro compet.* Nam
 in actione reali, persona non dicitur obligata, nec in
 11 iudicium Ecclesiasticum trahitur, † sed res ipsa *§.*
omnium Inst. de actionib. atq; idem est si possessorio ju-
 dicio agatur, ut scilicet de ea re iudex civilis cogno-
 scat *Panormit. in c. literas de juram. calam. Gail. d.*
obs. 38. num. 3.

CAPUT XXXII.

De remediis sive actionibus pro jure
patronatus competentibus.

SUMMARIUM.

Pro asserendo jure patronatus competit actio confessoria.
num. 1. itemq; rei vindictio num. 2. si de possessione
controversa, locus est utili interdicto, uti possidetis
Eccle-

num. 3. & 4. competit etiam actio injuriarum dejecto
vel turbato in jure patronatus n. 5. itemq; conditione
ex l. diffamari n. 6.

Si Episcopus neglecto patrono instituat, quid agendum
num. 7.

Patrono cui denegantur alimenta, quæ remedia competant
num. 8.

Dato giudice competenti, videndum est de actio-
nibus, quæ competunt Actori si de quasi pos-
sessione juris patronatus illi cum Reo est con-
troversia, quod alius ab alio vendicat, vel alius alij
negat.

Ad asserendum seu vendicandum jus patrona-
tus, institui potest actio, quæ non est personalis, sed
realis, nimirum † actio confessoria §. *eque ubi Interp.* I
Instit. de actionib. l. 1. & tot. tit. si serv. vindic. D. Cothm.
resp. 47. n. 12. vol. 1. ubi testatur hanc sententiam com-
muniter esse receptam n. 70. tribusq; præjudiciis, eam
in Camera Imperiali observari, prabat Rutger. Ru-
land. lib. 3. de Commissar. p. 3. cap. 18. n. 9.

Deindè, quamvis rei vendicatio regulariter tan-
tum competat ad rem corporalem §. *omnium ubi In-*
terpp. Instit. de actionib. non etiam ad incorporalem
Wesend. *in parat. de rei vendicat. n. 5. vers. nam jura.*
quandò tamen incorporalia veniunt accessoriè ad
rem corporalem, sicut jus patronatus semper cohæ-
ret Ecclesiæ &c. tunc etiam locum habet † rei vendi- 2
catio per l. 1. §. *hoc interdictum junct. vers. plane §. si fun-*
dus ff. de vi & vi arm. Faber. in d. §. omnium Institut. de
actionib. gl. in l. in rem §. loca sacra ff. de rei vendicat. ubi

128 Part. I. Cap. XXXII. De remediis sive actionibus
dicit, quod jus patronatus petatur conditione ex
jure Canonum, vel ex lege.

Si verò inter Actorem & Reum de possessione,
est controversia, quia actor turbatur in quasi posses-
sione juris patronatus, sive juris eligendi vel presen-
tandi, tunc pro retinenda possessione rectè experi-
tur † utili interdicto uti possidetis c. licet causam Ext.
3 de probat. Menoch. remed. retin. possess. 3. n. 107. cum seqq.
And. Gail. de pignorationibus cap. ult. in fin. ubi dilerte
scribit, experiri posse quemlibet utili interdicto uti
possidetis, si quis indebitè & de facto in possessione
vel quasi juris venandi, vel alia servitute turberur per
l. sicut autem §. Aristo vers. dicit igitur in fin. si sero. vin-
dic. Oldendorp. cl. 2. act. 4. quest. 5. num. 4. per l. 1. C.
uti possid.

4 Quod Episcopo, patrono, item Rectori Ecclesie
aut Academiae, itemq; magistratui † competat inter-
dictum ut possidetis, sit turbentur in legitima posses-
sione vel quasi Episcopatus, presentandi, Rectorie,
vel gubernationis, jurisdictionis, notat Menoch in-
terdicto retin. 1. n. 126 131. 143.

Præterea actor de quasi possessione juris patro-
natus per vim dejectus, vel etiam in eo turbatus,
5 Reum turbantem † actione injuriarum convenire,
potest coram iudice laico fac. l. injuriarum 13. §. ult. &
l. qui in domum 23. de injur. Gail. de P. P. obs. 27. & 29.

6 Quin etiam si quis de iniqua juris patronatus
possessione vel quasi diffametur, poterit diffamatus,
tanquam reus † conventus, ex practica l. diffamari C.
de ingen. manum. potere à iudice, ut faciat citari reum
diffamantem, tanquam actorem, & statuatur ei termi-
num

num certum infra quem agat, vel accuset diffama-
rum, sub illa comminatione, ut si in illo termino non
compareat, de cetero non audiat, & ei perpetuum
silentium imponatur. Quod etiam obtinet, si cita-
tus in termino compareat, veruntamen suam diffama-
tionem & assertum jus non probet. *arg. l. diffamari
ubi Oldendorp. & Blarer. item Crail. 1. obf. 15. per eos.*

Quod si Episcopus, neglecto eo qui jus patrona-
tus habet, aliquam instituat de facto, sive auctori-
tate sua violenta, tunc potest patronus apud metro-
politanum aut Archiepiscopum ex jure patronatus
petere, ut institutio violenta facta pronuntiari ir-
rita c. decernimus 76 q. 7. *Uran. consil. lib. 5. c. 7.*

De honore prestando, itemq; commodis, puta,
alimentis suppeditandis, agat patronus tanquam ex
obligatione allegati modi seu causae ex jure patrona-
tus: & dictum est supra cap. 24. patronum inopia,
pressum, posse convenire Ecclesiam jure actionis:
posse item implorare officium judicis Ecclesiastici
*per c. nobis b. tit. c. quicumq; 16. quest. 7. Surdus de alimentis
tit. 3. quest. 3. num. 4.*

CAPUT XXXIII.

De processu judiciario; & de diversis
juris patronatus probandi modis; & de
officio judicis in causis juris
patronatus.

S U M M A R I A.

Processus in causis juris patronatus est summarium n. 1. ejus-
vis & potestas consistit in probatione n. 2.

A personis potentibus requiritur exactior probatio quam alias n. 3. ratio n. 4.

• Circa probationem distinguendam Et inter jus patronatus modernum, & antiquum n. 5.

Modernum quomodo probetur per fundacionem num. 6.

restauracionem num. 7. privilegium speciale num. 8. per investituram num. 9. per prescriptiorem num. 10. per translationem factam num. 11. per tabulari obfiamenti num. 12. per aditionem hereditatis factam num. 13. per instrumentum donationis num. 14. Et venditionis n. 15.

per testes num. 16. instrumentis num. 17. per presumtio-

nes num. 18. quod declaratur num. 19. per libros anti-

quos num. 20. per famam num. 21. Et 22. per actus facte

presenciam num. 23. per iurisdictionem num. 24. per

insignia familiae num. 25. An media presentia presu-

mens sit, probatio extrinseca num. 16.

Quodnam sit officium iudicis in causis juris patronatus num. 27. 28. 29. 30.

A Nte hac de iudicio & iudice competenti; itemq; de actionibus quæ inter Actorem & Reum ob-
rinent. Restat ultimò de processu iudiciario,
& præsertim de variis modis probandi jus patrona-
tus; & deniq; breviter de officio iudicis in causis ju-
ris patronatus.

I Processum quod attinet, † ille est summarius, in
quo proceditur levato velo, de plano, sine figura ju-
dicii, solâ facti veritate inspecta *Clement. dispendiosam*
ubi CC. de iudic.

Quandoquidem autem ^M tota vis processus & vir-
tus causarum; adeoq; omnium controversiarum exi-
tus

tus, principaliter inter alia consistit ꝑ in probatione; 2
 idcirco qui asserit sibi jus patronatus competere, te-
 netur suam assertionem probare *l. generaliter si petitum*
in fin. de fideicom. libert. h. cum de indebit. in pr. de pro-
bat. Gail. 2. obs. 128. n. 1.

Ubi illud monendum: in personis potentibus seu
 Universitatibus, cujusmodi personæ sunt omnes do-
 mini civitatum, castrorum aut locorum, Duces, Mar-
 chiones, aliiq; perpetuam jurisdictionem habentes,
 pleniorẽ ꝑ & exactiorẽ probationem exigunt, 3
 quam aliàs: quia in potentibus ꝑ personis præsumi- 4
 tur usurpatio, sive jus patronatus ex usurpatione,
 potius, ac quasi, quam fundatione esse, & idcirco
 præter legitimũ cursum temporis requiruntur etiam
 præsentationes continuatæ, non minori spatio,
 quam quinquaginta annorum *Menoch. de presumt.*
cap. 90. n. 1. & 2. seqq. lib. 3. Riccius decis. 145. n. 24. & seq.

Quando vero recurrimus ad modos constituen-
 di & acquirendi jus patronatus, cum iis probatis, fa-
 cile & ipsius probatio patet. Ubi pro majori evi-
 dentia distinguendum est, inter jus ꝑ patronatus mo- 5
 dernum sive noviter constitutum; & inter jus patro-
 natus vetus seu antiquum; quæ distinctio attenden-
 da est: eo quod novi juris patronatus probatio non
 adeo difficilis est, sicut antiqui *Mascard. d. concl. 958.*
num. 30. & 33.

Novum jus patronatus probatur constitutione &
 acquisitione ejusdem, quod fit tribus modis: 1. fun-
 di assignatione 2. superædificatione ædis sacre & 3.
 dotatione sive assignatione annui census pro susten-
 tatione Ecclesiæ *c. tribus 36. de consecrat. dist. 1.*

Primò

6 Primò itaq; circa jus patronatus † modernum, principaliter probanda erit fundatio, dotatio & constructio Ecclesie: quæ quidem probatio fundationis probata per literas fundationis, aliasque scripturas, & publica instrumenta, ad id operatur, ut non sit necesse demum probare, reservatum sibi jus patronatus, nec expressus diocesani consensus Mascard. concl. 958. n. 25.

7 Sed cum non tantum † ex prima fundatione, sed etiam ex subsequuta restauratione Ecclesie antiquæ & destructæ jus patronatus acquiritur; exinde etiam consequitur, jus patronatus non minus ex reedificatione, quam fundatione facta doceri posse arg. c. præterea c. nobis b. tit. Modest. Pistor. d. consil. 43. num. 32. vol. 1.

8 Præterea quia ex speciali † Imperatoris aut Pontificis, Regum aut Principum privilegio, de novo quis ad ipsi potest jus patronatus; erit non dubitatur, per literas ejusmodi privilegiorum, si literæ eæ sint integre, nec rase, aut alias vitiose, plenissimam concessionis factæ probationem induci c. inter dilectos de fide instrum. c. cum personæ d. tit. in 6. Mascard. concl. 958. num. 39.

9 Sic quia jus patronatus † etiam mediante investitura feudi acquiri, antehac probatam; inde deducitur, etiam idem jus assertum probari literis investiturarum in quibus illud concessum est. Investituræ enim publicam merentur fidem, & sunt probatio parata, faciuntq; rem indubitam l. cū precibus C. de prob. c. post cessionem ubi CC. Ext. de fide instrum. Rol. 2. Valle consil. 76. n. 8. consil. 79. n. 47. consil. 85. n. 38. vol. 1.

Proba-

Probaturum itidem est superius, jus ꝑ patronatus 10
acquiri præscriptione. Unde itidem sequitur, illud
ex longa va possessione vel quasi juris præsentandi
deduci posse: quia ea possessio loco tituli habetur
Mascard. *conclus.* 958. *num.* 3. 4. Deniq; probatur jus
patronatus ex finibus territorij. Regulariter enim,
quidquid est intra fines regni, provinciæ, civitatis,
castrum, id censetur illius esse, cujus est regnum, provin-
cia, civitas, castrum *l. 1. §. initio 4. vers. quidquid intra*
urbem ff. de offic. præfecti urbi l. incolæ 29. cum l. seq. ff. ad
municip. Mascard. *conclus.* 270. & 296. Menoch. 3. *præ-*
suntione 100.

Dictum itidem est superius, jus patronatus ab
aliis constitutum & usurpatum, posse in alium ꝑ trans- 11
ferri per successionem ex testamento, & ab intesta-
to: Unde consequitur, jus patronatus etiam probari
posse, tam per ipsum testamentum, quam per aditio-
nem hereditatis.

Quando testamento, sive per viam legati, sive in-
stitutionis in aliquem jus patronatus translatum est,
hoc ipsum testamenti tabulis, in quibus legata in eo
facta ꝑ vel non facta demonstrantur, probari, non 12
est ambigendum *arg. l. fin. C. de reb. cred. Vant. de nullis.*
tit. à quo & quibus modis possit nullitas probari num. 3. Sic
probata aditione hereditatis, in qua jus patronatus
involutum ꝑ probabitur etiam ipsum jus patronatus: 13
quia per aditionem omnia transeunt in heredem ipso
jure *per vulg.*

Afferens habere ꝑ jus patronatus ex donationis 14
titulo, debet hoc probare per instrumentum dona-
tionis desuper factum, ex quo res in eo contentæ &

T

tradi-

Si jus patronatus emptum venditumq; asseratur,
 pro ut certis requisitis concurrentibus emi vendi
 posse constat, idq; absq; confectione literarum sive
 instrumenti contractæ emtionis expediri non con-
 tingat; exindè patet, jus patronatus in emptorem
 15 translatum, literis ꝛ emtionis per contrahentes sub-
 scriptis aut ad minus sigillatis posse probari; quia
 ejusmodi literæ æquiparantur publico instrumento
 c. 2. in princ. vers. sigillorum de offic. ordin. Schurff. consil.
 17. n. 3. cent. 1. consil. 67. n. 3. cent. 2.

Præter usq; huc memoratos probandi modos,
 16 probatur etiam jus patronatus per testes ꝛ duos plu-
 resve deponentes, dictorumq; suorum rationes ad-
 ferentes, hunc vel illum, item, hos vel illos de fami-
 lia aliqua esse patronos alicujus ædis sacræ vel reli-
 giosæ, vidisse se literas foundationum, seu alia instru-
 menta hoc jus demonstrantia: Felin. & Abb. in Rubr.
 de testib. & fide instrum.

17 Huc etiam pertinet probatio ꝛ per instrumenta,
 quæ eandem & parilem vim & efficaciam habet
 cum testium depositionibus quoad probationis ef-
 fectum l. in exercendis C. de fide instrum.

Cæterum cum aliquoties jus patronatus directò
 probari nequeat, vel propter antiquitatem tempo-
 ris, vel quia scripturæ sive instrumenta foundationis
 perierint, & alia; idcirco lex etiam admittit pro-
 18 bationes imperfectas ꝛ & præsumptivas Mascard.
 conclus. 958.

Inter illas species ea est, quæ deducitur ex præscis
 scri-

scripturis seu characteribus, antiquis † lapidibus, ta- 19
bulis, parietibus, foribus, campanis istius loci ubi jus
patronatus vindicatur, incisus *gl. ordin. in c. cum cau-
sam de probat. c. audientiam 2. de prescript. Gail. 2. obs. 149.
n. 8. Mascard. concl. 958. n. 21. & concl. 230. n. 2.*

Eodem modò idem jus probatur per libros † 20
antiquos Ecclesiarum, in quibus scriptum reperitur,
jus patronatus ad talem pertinere *c. cum causam, ibi,
quæ per libros antiquos vel alio modo. de probat.*

Cum prædicto modò probandi, coincidit mo- 21
dus † probandi per famam. Quamvis enim fama re-
gulariter plenam probationem non faciat *l. 3. §. ejus-
dem quoq, ubi gl. & Bartol. de testib. probatur tamen per
famam Mascard. de probat. concl. 753. n. 1. & 4.* Famam
enim multum antiquam præsumimus esse veram,
cum verisimile sit, † verum esse illud, quod diu in 22
hominum ore fuit *l. si arbiter 28. de probat. Menoch.
lib. 1. de presump. q. 18. n. 15.*

Quin etiam jus patronatus probari per actus † 23
factæ præsentationis, non dubitatur: quod aded ve-
rum est, ut etiam ex unica præsentatione, quæ effe-
ctum sortita est, quasi possessionem juris patronatus
quis consequatur *c. consultationibus & c. ex literis, b. tit.
Roch. verbo competens alicui n. 28.*

Sic quoq; jus patronatus probari potest per sen- 24
sentiam † super eodem jure latam, quæ dicit, olim jus
à majoribus ejus qui ad affectat, obtentum fuisse *Dd.
in Autb. si quis in aliquo C. de edendo & in c. 1. de fide instrum.
Nicol. Eberhardi consil. 41. n. 144. vol. 1.*

Deniq; jus patronatus præsumtivè probant in-
signia familiæ per patronos Ecclesiarum † tempore 25

fundatæ Ecclesiæ in argumentum juris patronatus affixa, ne temporis diuturnitate illud obliteretur. Sic etiam videmus, in sedilibus, scamnis & scabellis, itemque sepulchris & templis arma sive insignia vel signa à privatis dominis fieri, ne loco moveantur, vel aliorum usui subiciantur Menoch. *recup. remed. 15. num. 47.*

26 Circa præsumtivam probationem illud quæritur, an media præsentatio præsumenda sit † probatis extremis? Riccius Aloysius *decis. 224.* tradit, esse indubitatam juris conclusionem, media præsumi, probatis extremis *per gl. communiter receptam in c. accedens verb. processu, de convers. conjugat.* & concludit, præsentationes (quamvis una præsentatio deficiat) dici continuatas quoad probandum jus patronatus, adeò ut etiam media præsumantur, cujus sunt extrema, Menoch, *consil. nat. n. 5.*

27 Officium judicis in eo consistit, ut animadvertat, quis in probatione juris patronatus † sit superior, ut pro illo sententiam ferat. A probatione namq; ferè contentiosi fori dependet justitia, quæ distribuitur à judice ex actis & probatis Bald. *in Rubr. Ext. de judic.* adeò ut judex per probata astringatur, & secundum ea, non etiam secundam conscientiam judicare debeat, *l. illicitas §. veritas de offic. presid. c. judicet 3. q. 7. ubi gl.* Nam cum judicem oporteat sententiam dicere de illis quæ in iudicium venerunt, certè ille prius jus dicere non potest, quam si probatum sit, id ita esse, quod in iudicium deductum est, uti intenditur Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 5. n. 5.*

Cæterum in dubio semper attendere debet judex

dex in materia juris patronatus, ad tenorem † instru- 28
menti foundationis Mandell. *consil. 33.* Uti dicimus de
privilegio, cuius tenor imprimis est Inspiciendus
c. pono de privileg. l. nec exemplum C. de transact. Itemq;
de investitura *per vulg.*

Quando agitur de dividenda hereditate, iudex
uni ex pluribus patronis, adjudicatus 29
non potest Panormi *in c. querimoniam b. tit. Roché*
verb. vel is n. 26. Sanè Archidiaconus *in d. c. querimo-*
niam n. 6. contrarium tenet, eo motus fundamento,
quod scilicet Ecclesia utilis sit utrius patronum,
quam plures habere, qui rem communem plerumq;
negligunt *l. 2. C. Quand. & quib. quarta pars lib. 10.* un-
de concludit, posse uni adjudicari jus patronatus: sed
rectè respondet Riccius Aloysius *decis. 221.* quod Ec-
clesia multitudine patronorum non tam gravetur,
quam levetur, & quod habet plures defensores *c. fi-*
lius 16: quest. 7.

Declaratur † tamen opinio Archidiaconi, quod 30
possit habere locum, quando aliqua villa adjudica-
tur un† in divisione, in qua esset jus patronatus, non
habita ratione, æstimetur ne valor juris patro-
natus, ut hoc respectu plus altero adju-
dicetur *c. ex literis b. tit.*

†(S)

T 3

PARTIS

De discrimine Academiarum

PARTIS SECUNDÆ

De

JURE PATRONATUS
ACADEMIARUM ET SCHOLARUM,

CAPUT I.

De discrimine Scholarum publicarum
sive Academiarum, & Scholarum
Trivialium sive privatarum.

SUMMARIÆ.

*Scholarum notatio n. 1. dicitur ludus n. 2. ratio n. 3.
Scholarum sunt planarum Ecclesia & Respublica num. 4. alia
sunt publica, alia privata num. 5. publica Schola quomodo
videntur num. 6. 7. 8. num. 13. quare publica
dicta num. 9. privata Schola que, & cur sic dicantur
num. 10. 11. cur particulares dicta n. 12. De Pedagogis
& Gymnasticis num. 14.*

Post absolutum tractatum de jure patronatus Ecclesiarum; restat hac parte secunda videre de jure patronatus Scholarum.

- 1** Scholæ vocabulum † est à græco verbo σχολάζω, hoc est, vaco, quia cæteris rebus neglectis, adolescentes liberalium artium studiis vacant, honestissimoq; illi otio indulgere debent. Atq; hinc est vocabulum † ludus: quo ipso quoq; Schola insignitur,
- 2** eò quod † discentes in versandis libris ludere quasi, & exin-

& exinde omnis generis delicias ac voluptates honestissimas, omni corporis labore remoto, venari videantur.

Ejusmodi Scholæ, quæ verè sunt Ecclesiæ & Reipublicæ † plantarium & seminarium, non sunt unius generis. 4.

Sunt enim Scholæ aliæ publicæ, † aliæ privatæ. 5

Scholæ publicæ vocantur † Scholæ insigniores, studia generalia vel universalialia c. 2. de privileg. in 6. item † Universitates, & Academiæ, † in quibus superiorum & majorum disciplinarum & scientiarum studia exercentur §. hac autem tria. Const. ff. præfixa, que incipit omnem, Clement. 1. de magist. 7 8

Dicuntur Scholæ † publicæ, idè quod publica authoritate Imperatoris, vel similem aliquam potestatem sibi arrogantis instituantur, & certis privilegiis erigantur & fundentur, undè & majoribus regalibus adnumerantur c. unic. Quæ sint regalia ubi Interpp. 9.

Scholæ privatæ sunt † in quibus artes triviales & scientiæ primitivæ, puta, grammatica, & similes artes docentur & discuntur, c. 2. c. quia nonnullos Ext. de magist. & dicuntur privatæ, † quod sine privilegiis consistunt, & quorumvis magistratum, in civitatibus, oppidis & vicis voluntate & autoritate propria rectè ordinantur. Dicuntur etiam Scholæ † particulares, ad differentiam Scholarum publicarum, quas Universalialia † studia & Universitates dici, modò notatum: Universaliales enim, ad exemplum Reipublicæ, res communes, arcem communem, & actorem sive Syndicum habent: utuntur legibus, consuetudinibus, libertatibus & jurisdictione ordinaria pro se & suo. 10 11 12 13

suo jure; id namq; universitas significat apud Jctos, tot. tit. ff. quod cuiusq; univ. nom. & tot. tit. de Colleg. que
 14 omnia & singula Scholis trivialibus † sive particulari-
 ribus denegantur. Huc etiam pertinent Poedagogia,
 & Gymnasia, in quibus juvenus preparatur ad al-
 tiora studia disciplinarum & artium Dn. Cochman.
 resp. 64. vol. 2. Dixi de his latius ad tit. de Academijs
 caput 1.

CAPUT II.

De Scholis Regijs sive Academijs in specie; & de differentiis inter patronos Ecclesiarum & Academicarum.

SUMMARIUM.

*Academia dicuntur Schola regie num. 1. ratio num. 2. jus
 fundande Academie quibus competit n. 3. 4. 5.*

*Civitates municipales non possunt habere vel impetrare
 jus Academie num. 6. Academiam Rostochiensem quis
 impetraverit num. 7. 8. 9. quomodo ad eam admissus
 senatus ibidem n. 10.*

*Inter patronos Ecclesiarum & Academicarum differentia
 prima num. 11. altera num. 12. tertia num. 13. quarta
 num. 14. similitudo num. 15.*

- 1 **A**cademia dicuntur † Schola Regie; quia jus
 2 dandi licentiam constituendi † & aperiendi
 Academiam, tanquam summum Regale & in-
 communicabile reservatum, solum Imperatori, vel si-
 miliam potestatem regalem sibi vindicanti datum;
 3 itemq; jus petendi & impetrandi, non † quibusvis
 magistratibus, quantumvis incertum mixtumque,
 impe-

imperium & omnimodam jurisdictionem habentibus, sed iis † saltem, qui jus Regium, vel jus superioritatis aut Provinciæ, post Principem sive Imperatorem in loco habent, ut sunt Reges, Electores, Duces Principes, itemq; civitates liberæ Imperiales, tanquam status Imperij, competit, idque satis probat §. *pen. proæmij Digest.* Hinc egregiè inquit Franciscus Pheil. *consil. 182. n. 34.* tales † Scholarum cætus non ubiq; coire consueverunt, aut recipi in libertatem majorem, sed id terrarum Dominis injunctum est. Undè consequitur, civitates municipales, quæ † Principibus aliis subditæ, inhabiles & incapaces hujus regalis esse. Hinc Pontifex maximus Martinus in erectione † Academiæ Rostochiensis, Anno Christi 1419. id se ad Ducum Megapolensium desiderium facere dicit: It: se in oppido Rostogk, quod dominio & ditioni Ducum Megapolensium subjacet, Academicam erigere, scribit, ut testatur bulla erectionis sive institutionis dictæ Academiæ Rostochiensis. Idem Pontifex, Ducibus Megapolensibus † cautionem de Academia intra annum fundanda & dotanda nominatim exigit. Deniq; hac ipsa conditione † Pontifex Martinus illam Academicam erexit, ut nisi dotem dent Academiæ Duces Megapolenses, ipsa quoque erectio corruat, & nullum robur habeat. Quamvis itaq; Senatus Rostochiensis concurrerit in petitione cum Ducibus Megapolensibus, nullum tamen jus patronatus adepti sunt, licet deinceps ex transactione Senatus † tanquam compatronus Academiæ sit receptus, de quo late dixi *p. 1. discursuum ex jure publico discursu 8. & in tract. de Acad. cap. 2. per tot.* Dn. Ernest.

142 Part. II. Cap. II. De Academiis & differentiis
Cothmann. resp. Academico 1. & consil. 29. Joachimi
Stephani in subscriptione consilij Academici Dn. Coth-
manni 24. n. 20.

Ex prædictis patet una differentia inter patro-
nos Ecclesiarum & Academiarum. Quamvis enim
ratione foundationis, ædificationis & dotationis qui-
libet, etiam privatus, possit acquirere jus patronatus
c. *monasterium* 16. *quest. 6. c. nobis de jure patron.* Diffe-
runt tamen † in eo, quod patroni Academiarum tan-
tum sint illustres, sive illustrissimi, & qui sunt de or-
dine statuum Imperij.

12. Altera diversitas † inter patronos Ecclesiasticos
& Academicos ex eo conspicitur, quod in jure pa-
tronatus Ecclesiastico possunt plures, cujuscunque
conditionis, concurrere, ut scilicet unus fundum det,
alter ædificet, alter verò dotet *d. c. monasterium & d. c.*
cum nobis at Academiarum patroni, tanquam illu-
stres, illustrissimi, & status Imperij, cum aliis familiis
extraneis, ne dum illustribus vel illustrissimis, multò
minus cum privatis, concursum patiuntur. Et quam-
vis aliquando hodiè accidat quod plures quam unus
Academiæ alicujus patroni existant, illi tamen non
consentur ut plures, quia semper primum acquiren-
tem repræsentant Joachim. Steph. *d. loc. num. 22.* ubi
addit: hoc notorietate evidentissima foundationum
omnium Academiarum in Germania & exteris re-
gnis probari.

13. Tertia differentia † itidem est valdè notabilis:
quod scilicet patronus Ecclesiæ in Clerum ejusq; fa-
miliam & res Ecclesiæ nullum jus & jurisdictionem
habet; quia jus patronatus cum jurisdictione nihil
habet

habet commune Dn. Cothm. d. resp. 1. num. 389. & consil. 29. n. 57. & n. 43. Gail. 2. obs. 54. n. 1. Nicol. Eberh. consil. 124. num. 6. Cujat. ad c. 3. Ext. de judic. Pheil. consil. 182. num. 26. & à dignitate præminentia prorsus est sejunctum c. quacunq. c. quod autem c. ex literis Ext. de jure patron. sed patrono illi duntaxat jus nominandi clericum competit Novell. 57. at patronus Academicus illustris, illustrissimus, & ex ordine statuum Imperij, hodiè mutata religione ex decreto Passaviensi habet jurisdictionem in Academiam, vigore juris superioritatis, respectu sui territorij in quo est Academia Joach. Steph. d. loc. n. 23. & seq.

Est & adhuc alia & quarta † differentia inter utrumq; jus patronatus. Quod jus patronatus Academicum antiquius sit, & ex capite Imperatorum Romanorum descendat, qui in Aeademiarum Professores jurisdictionem omnimodam habuerunt, quam primò per Præsides provinciarum, ante Imperatorem Justinianum, & post, contractis à Justiniano Provinciis in Dioeceses, per Præfectos Prætorio exercuerunt & administrarunt: qui tamen patroni dicti non sunt, eò quod jus patronatus tunc tantum civibus Romanis, qui servos suos libertate donabant, competeat; undè & triplex genus libertorum erat §. pen. Institut. de libertin. At secus est in patronis Ecclesiarum, qui recentiori tempore in Ecclesia introducti sunt, ut ex Nov. 57. & Nov. 123. patet, ubi Imperator modum constituendi & instituendi Rectorem Ecclesiæ tradit Joachim. Stephan. d. loc. num. 26. & seq.

Et idè rectè notat Duarenus; jus patronatus

144. Part. II. Cap. III. De jure patronum quod consistit
Ecclesiarum, patronorum libertorum seu servorum,
15 manumissorum † similitudinem quandam præ se fer-
re Duar. lib. 2. de benefic. cap.

CAPUT III.

De jure patronorum in Academiis
prævia fundatione & dotatione acquisito, quod
consistit in processione; itemq; in jure nominandi
& vocandi Professores; eorumq; necessaria
sustentatione.

SUMMARI A.

- Patroni qui in Ecclesiis & Academiis dicantur n. 1. & 2.
Ab Ecclesia ad Academiam licet argumentari n. 3.
Academiae sunt instar Ecclesiarum n. 4.
Professores gaudent privilegiis Clericorum n. 5. 6.
Academiarum encomia n. 7. 8. 9.
In erectione Academiae quarendae est ante omnia loci com-
moditas num. 10. quod illustratur num. 11. item mores loci
num. 12. ratio num. 13. debet dos constitui n. 14. 15. eaq;
congrua & sufficiens num. 16. & perpetuo permansura
num. 17. & quae revocari non possit num. 18. prospicien-
dum ne Professores in senectute egeant n. 19.
Pauperum studiosorum etiam est habenda ratio in alimen-
tatione n. 20. 21.
Academia debet esse instructa Bibliotheca & Typographia
num. 22. 23.
Academia debet esse ornata doctis Professoribus num. 24.
quorum magna est dignitas n. 25. in Professore quae re-
quiruntur n. 26. 27. 28. 29. 30.

De

De Professoribus in idoneis & malis praeclatis moribus n. 31.

Nominatio Professorum merito relinquatur Collegijs in Academicis n. 31. ratio n. 32. 33. 34. Unde Patronis nihil honoris vel auctoritatis decedit n. 35. 38. ratio n. 36. 37.

Professores nominant, patronus vocat & confirmat n. 38.

Principum iuxta voluntati parendum est 39.

Professores non debent intrudiri n. 40.

Expectativa professionum non sunt toleranda n. 41.

Professor an & quando possit per substitutum legere n. 42.

Patrono Academiae debetur honor n. 43. ratio n. 44. unde ille praecedat Rectorem n. 45.

Jus patronatus penes duos in solidum est n. 46.

Jus patronatus Ecclesiarum sive Ecclesiasticum, competit ei qui Ecclesiam † sive oratorium vel fundat, vel dotat, vel aedificat, ut patet ex notatis supra p. 1. cap. 11. & 3. seqq.

Ex quo rectè inferitur, idem esse in Universitate, sive Academia, ut scilicet quis † etiam consequatur jus patronatus Academiae quam ipse fundavit, id est, assignavit fundum; ubi debeat construi, itemq; aedificavit, & dotavit, sive dotem assignavit, unde Academia ejusque membra conservari & sustentari possint.

Certum namq; est, ab Ecclesia ad Academiam, legitime & juridice argumentum † duci. Quin & Academiae sunt instar † Ecclesiarum; & Professores instar clericorum: quin & locus aliquis Academiae assignatus, illic efficitur sacer D. Cothm. resp. Academ. 29. num. 44. Et sic constat, quod res & bona

- 146 Part. II. Cap. III. De jure patronor. quod consistit
- 5 rum sacrarum & Ecclesiasticarum, iisq; † gaudeant
privilegiis, quibus res sacræ fruuntur *fac. l. medicos C. de
de profess. & medicis lib. 10. l. ult. d. tit. l. archiatros C. de*
- 6 *metat. lib. 12.* Uti & Professores † in Academiis gau-
dent privilegiis clericorum, qui Ecclesiæ inservire
dicuntur Fulgos. in *l. qui sub. pretextu C. de SS. Eccles.*
- 7 Franc. Pheil. *consil. 182. num. 10.* Nam Academiæ †
amant & conservant religionem, justiciam, verita-
tem & virtutem Cothman. *consil. 36. n. 1.* Imò Acade-
8 miæ pietatis & literarum † nihil aliud sunt, quam
principia quædam Ecclesiæ, & seminaria Reip. Chri-
stianæ, in quibus vita hominum & ad obediendum
Deo, & ad parendum magistratibus informatur *Autb.*
- 9 *Habita C. Ne fil. pro patre.* Hinc legata Academiis † &
Scholis, censentur relicta ad pios usus, quia serviunt
Ecclesiæ in erudienda juventute, in quo plurimum
momenti situm est Bald. in *Autb. similiter C. ad L.
Falcid.*

Cæterum in erigenda Academia, omnium primò
10 loci commoditas quærenda † est. Hinc liquet ex ve-
11 terum monumentis, cum olim Duces Germaniæ †
facultatem erigendi Academiæ in suis territoriis im-
petrassent, non ante diplomata erectionis & confir-
mationis ab Imperatore vel Pontifice tradita fuisse,
quam Episcopi vicini ab iisdem legati missi disquisi-
tum naturam loci, Academiæ destinati, item, aëris
temperiem, mores hominum, dotis congruæ consti-
tutionem, & alios reditus, ex quibus salaria Profes-
soribus præstanda sint Joach. Steph. *d. loc. n. 34.*

- 12 Hinc Æneas † Sylvius, qui vixerat Basileæ, quo
tempore Concilium ibi congregatum fuit, cum vi-
deret

deret amenitatem urbis, salubritatem aëris, omniumq; rerum copiam & abundantiam, quandò postmodum Pontifex factus, instituit in urbe Scholam five Academiam, additis omnibus privilegiis, juri- bus & immunitatibus, quibus utuntur fruuntur Bo- noniensis, Colonienfis, Heidelbergensis, Erfordien- sis, Lipsienfis & Vienenfis Academiæ Simlerus *lib. 2. de Rep. Helvet. pag. 143.*

Non immerito quoq; mores † loci sive civitatis ¹² in erectione Academiæ à patrono attenduntur, cum literis & literarum cultoribus non possit jucundum aut diuturnum esse domicilium, ubi Professores & Studiosi inhumaniter pro more illorum hominum, sæpè etiam à vilissimis hominibus impune injuriis & scommatibus † exciperentur, libertatibus bonisq; suis spoliarentur, vulnerarentur: quod de Picta- viensi & aliis Universitatibus testatur Petrus Rebuf- fus *ad Autb. Habita C. Ne filius pro patre. Dixi pluribus dict. discursu Academico 8, concl. 14.*

Quod attinet Dotem, redditus, salaria, illa verè sunt quasi vita † & sanguis Academiæ *arg. l. necare 4. 14. de agnosc. & alend. lib.* Hinc benè Imp. Constantinus mercedes & salaria Professoribus reddi jubet; quo facilius liberalibus studiis & artibus multos insti- tuant *l. 6. C. de profess. & med.* Atq; hoc specimèn esse florentis Reipublicæ, si disciplinarum Professoribus præmia opulenta pendantur, scribit Symmachus *ad Hesperium lib. 1. Epist. 73.* Quin † potius jacturam pe- ¹⁵ cuniæ parum faciendam esse, quam doctrinæ, quæ excluditur non remuneratis Professoribus, & potius detrahendum alius sumptibus publicis, ad suppedi- tandum

148 *Part. II. Cap. III. De jure patronor. quod consistit*
tandum præceptoribus insignioribus, quam parci-
te stipendiorum mediocribus vel vilioribus conten-
tam esse Rempublicam **Doctōribus**, benè monet.
Pet. Gregorius *lib. 18. de Republ. cap. 5. in fin.*

16 Dos itaq; non quævis efficit patronum, sed de-
bet ea esse sufficiens in † **quantitate**, & congrua ad
conservationem scilicet **Academiæ** ejusq; sustenta-
tionem, pro dignitate & numero Collegarum. Vti
enim dos datur marito secundum conditionem viri
& mulieris, propter onera matrimoni ei incumbencia
tot. tit. de jure dot. Ita debetur etiam **Academiæ** dos suf-
ficiens ad custodiendam & conservandam illam, ut
scilicet exinde **Academiæ** sumptus & onera expendi
possint *arg. c. pimentis. 16. quest. 7.* Sed quæ olim
magna fuerunt stipendia tam **Professorum**, quam
clericorum in Ecclesijs & Scholis, illa hodiè in tanta
annonæ caritate vix sunt mediocria: quod hoc tem-
pore omnes experiuntur, qui **Academijs, Scholis &**
Templis inserviunt.

17 **Quin** & ita dotari debet **Academia**, ut sit & maneat
perpetua dos illius † **Academiæ**; adeoq; nemo **Academiæ**
Patronus fiet, qui redditus sive dotem dat quo-
quo modo repetendam, nec in perpetuum permanen-
tiam Gothman. *consil. Acad. 29. num. 12. & num. 172.* ubi
probat dotationem **Academiæ** factam, ne ipsam qui-
18 dem donatorem † revocare possit. Patrono etiam
19 incumbit prospicere, † ne **Professores** in senectute
egeant, cum amplius docere nequeant *arg. l. lucius ibi*
veteranis ff. de evict. Alciat. *reg. 3. presunt. 19. num. 7.*
Hinc **Francisci Ximenij** factum pietatis & provi-
dentia paterna laudatur, quod **Professoribus** suis

Com-

Complutensibus non tantum *prandium* (uti loquebatur) sed & *Canam* parârit, hoc est, prospexerit; ut non solum quoad in Collegiis commorantur, habeant undè vivant, verum etiam cum senuerint, aut cum peractis studiorum curriculis Academia relinquenda fuerit, victum habere possint Alvar. Gomec. *de rebus gestis Fr. Ximenij lib. 4.*

Sed non Professorum saltem in constituendis & prospiciendis alimentis, sed etiam pauperum † Studiorum in procurandis alimentis est habenda ratio; ut, quibus patrimonij vires non sufficiunt, alia succurrat liberalitas: quo nomine multum commendatur jam nominatus Ximenius, de quo scribit Alvarus Gomecius, summam quadringentorum hominum excedere, qui à Ximeno perpetuò vestiuntur & aluntur *de reb. gestis Ximenij lib. 8.* Et sic nulla fere in Germania est Academia, in qua ista adversus † bonæ mentis comitem pauperatē juvandi studiosos ratio non observetur Hippol. à Collib. *lib. de increment. urb. cap. 11.*

Quin etiam patroni est providere, ut Academia habeat instructam Bibliothecam † publicam. Bibliothecæ jungitur Typographia, quippè, quod ea nulli † magis est necessaria & commoda quam in Academia. Et quidem ne res publicè utilissima, sit scelerum & flagitiorum instrumentum, salubriter constitutum est, ne Typographiæ ullibi, præterquam ubi Electores, Principesve sedem aulam habuerint, vel studiorum Universitatēs fuerint, constituantur Reichs Abscheid zu Speer Anno 1570. Pet. Denaisius *in jure Camerali §. library 177.*

Præterea patrono, qui jus **Academix** decenter impetravit, incumbit, ut institutam à se, & à superioribus confirmatam **Academiam**, optimis & doctissimis † selectissimisq; in omni scientiarum & facultatum genere Professoribus instruat & exornet. Quia enim Professorum magna † est dignitas, id quod exindè inter alia patet, quia Professor **vicennio** in Academia docens **Comitativa dignitate** insignitur *l. unic. ubi gl. & Dd. C. de profess. urb. Constantinop.* certè etiam non quilibet ad illud munus admitti debet. Requisita Professoris paucis expressit **Imp. Julianus l. 7. C. de profess. & medic.** Magistros † studiorum, ait, doctoresq; excellere portet **MORIBUS** primum, deindè **FACUNDIA**. Sed quia singulis civitatibus adesse non possum, jubeo, quisq; docere vult, non repente nec temere profiliat ad hoc munus, sed **judicio ordinis probatus decretum Curialium mereatur, optimorum conspirante consensu.**

27. Requirit itaque Imperator in Professore † **MORES BONOS**; hoc est, ut Professor laudabilem in se probis moribus vitam esse monstret, ut inquit **Imp. Theodosius & Valentinianus in l. unic. C. de profess. qui in urbe Constant. lib. 12.** Quia in Professoribus & Præceptoribus metitur se juvenus, seseque componit. Quin & discipuli imitantur Præceptores ad instar simiarum, adeoq; cum malis moribus Præceptorum consuecunt: ex illis, veluti ex fontibus, deducuntur rivuli, ex puris boni, & ex corvo malo, malum ovum, ut est in proverbio.

28. Deindè Professores † excellere oportet **facundia**; hoc est, ut Professor **docendi peritiani, facundiam**

etiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamq; difforendi se habere patefaciat; pro ut id explicant Impp. in *d. l. unic. C. de profess. qui in urbe Constant.*

Et sanè ejusmodi Professores, qui † moribus, 29 itemq; facundia dicendi præditi sunt, adeoq; qui ob id, & singularem eruditionem, nec non ob scripta à se edita sunt celebres, quocunq; se vertunt, tanquam soles quidam terreni omnium ora in se convertunt. Et potest unus illustris Doctor solus plus anno ditare Rempublicam, quam classici plures Doctores per viginti annos, ut loquitur Pet. Gregorius *lib. 18. de republ. cap. 4. in fin.*

Et quidem † Professores debent esse periti ejus 30 artis & facultatis quam volunt profiteri. Meritoq; excipitur ille risu, qui illam artem profitendam & docendam in se suscipit, cujus præcepta ipse nunquam didicit, vel qui natura non est idoneus ad Professionem illam, veluti si quis oratorem sive Professore eloquentiæ se ostendet, cui natura denegavit flumen & rationem dicendi, vel qui in oratoria nihil vel parum versatus: vel si Poëtam se quis venditet, qui versus scribere nõ didicit. Præterea requiritur in Professore, ut cætu amplissimo judicante dignus sit judicatus, hoc est, ut Professuræ Candidatus solius virtutis & doctrinæ donis connexus, non etiam dolo gratiave, invita Academia, legitime suffragantium decretum mereatur & expectet. Ad docendum itaque nemo admittendus sine præcedente examine & Collegij approbatione *l. magistros 7. C. de profess. & med. ubi Dd.*

Si qui itaq; ad Academicas functiones eos pro-

31 moveant & commendent, qui bonis & moribus non sunt præditi, neq; eruditi sunt, adeoq; Professioni, sub cujus titulo annum salariam percipitur, impares sunt, victi saltem & expugnati amicorum suorum deprecationibus, illis postpositis & neglectis, qui Academiæ magno usui & ornamento esse poterant, certè illi & Academiam & conscientiam graviter lædunt, de quo aliquandò gravissimam rationem Deo & Patronis reddituri sunt, neq; illud crimen impune abire sinet Dominus Hierem. Setser. *in discursu de incrementis Academ. hypomn. 60. & 61.*

Hinc nemo inficiabitur, bono consilio Professorum Collegiis, & Collegiorum Professoribus & in 32 Academiis nominationes Professorum in loca vacantia permitti, neq; illud jus illis ullo modo eripiendum *l. nemini C. de advoc. div. judic. Bart. & alij in d. l. magistros C. de profess. & medic.* tum quia Professoribus Collegiorum idoneitas personarum eligendarum præ omnibus aliis optimè cognita & perspecta esse 33 possit: tum & quod hac ratione neq; dolus neque fraus facile admitti possit, cum plures sint in Collegiis viri literati & virtutibus ornati, quos potiore veritatis, justitiæ ac publicæ utilitatis rationem habituros esse, verisimile est *l. unic. ff. de offic. præfett. 34 prat.* tum & quod Collegæ majorem & certiorum amicitiam culturi sint cum eo, quem velut idoneum ipsi nominarunt, cujusq; mores cognitos perspectosq; habent, quam cum eo, qui vel invitis oberuditur, vel novus hospes est: tum si nominandi jus Academiis eripias, futurum est, ut homines indocti Collegia occupent, & nunc hic nunc ille consanguineum

neum vel adfinem habiturus sit quem intrudat, ne dicam, quod isto artificio filias elocare promptum sit D. Ernest. Cothm. *consil. Acad. 42. n. 58. & seqq.*

Neq; vero putandum est, ex hoc nominandi jure Academiae concessio & relicto † auctoritati & 35 dignitati Principis patroni quicquam detrahi.

Quia certum est, ejusmodi concessionem ab ipsis Principibus patronis † esse, qui sapienter secum cogitarunt, rebus Academicis rectius consuli, si verè docti in defunctorum locum ab universo Professorum Collegio nominarentur. Nam ea ratione duplex instituitur cognitio, altera, cum Professores successorem nominaturi, in ejus personam, eruditionem & mores antè diligenter & accuratè inquirunt: altera, cum Principes nominatum successorem confirmaturi, causæ cognitionem similiter adhibent D. Cothman. *consil. Academ. 30. n. 24.* penitus scilicet inspicientes † & attentius considerantes, an nominatus loco 37 illo dignus sit nec ne, atq; ita fit, ut idoneæ personæ magna cum Academiae utilitate semper nominentur & confirmentur. Cothm. *d. consil. 42. n. 61.*

Recte itaq; nominatio Collegiis Professorum relinquitur, & confirmatio Principi † patrono referatur. Neq; nominatio Collegio concessa in vilipendium Principum patronorum vertig; neq; exinde manus Principum ligantur. Quia nominationem, quæ à Professoribus fit, ab ipsis Principibus, quorum personam & locum illi representant, effectu ipso fieri, certum est. Quod si etiam ipsi Principes bonè meritum virum habeant, quem ab eruditionem & virtutem in Professoris demortui locum substitu-

154 *Part. II. Cap. III. De jure patronor. quod consistit*
tum velint, nihil impedit, quo minus id Academiæ
inducant, in quem casum nemo tam est bardus, qui
40 nesciat, Principum † voluntati justæ & honestæ pa-
rendum esse D. Cothm. d. consil. 39. num. 24. Quin &
viris de Republica & Academia benè meritis grati-
ficari, eorumq; liberos, si digni sunt, honore ac præ-
mio adficere, non injustum est; dummodo omnia-
ritè & rectè fiant, & personæ eligendæ à Collegio
nominentur, & ab illis, ad quos ea res spectat, legiti-
mè confirmentur D. Cothm. d. consil. 42. n. 58. & seqq.
Nullum virus irreperere in Academiis majus posse, vel
aliud, quo facilius splendor & doctrinâ earum inter-
cidat, quam dum arbitrio Principum aut Senatus, aut
aliorum magnatum intruduntur Professores sine li-
bero judicio eorum, qui in illis profitentur experien-
tiâ se didicisse in regendis tribus Academiis juxta vi-
ces sibi commissas, audacter dicit Petrus Gregorius
lib. 18. de Republ. cap. 8. n. 2.

Quia itaq; ex præcedentibus satis clarè patet,
Nominationem Professoris in locum vacantem re-
linquendam esse Collegio Professorum, & ex nomi-
natione, cum confirmatione confusâ, multa oriri in-
commoda, ob allegatas prægnantes rationes: exin-
41 de etiam consequitur † promissiones sive expecta-
tivas super loco Professoris in Academia nondum
aperto non valere, adeoq; malo more fieri, si Profes-
soribus Academiarum vivis atq; viventibus, ut dici
solet, designentur successores: quod aliis etiam ad-
huc rationibus à me probatum est *lib. 3. de jurisd. p. 2.*
cap. 3. num. 18. & seqq. & tota disputatione, publicè
habita de *concessionibus sive expectativis professionum* &
par-

parochiarum quæ exstat *d. lib. 3. p. 1. cap. 18. post fin.* & approbata ab amplissimis & celeberrimis Civitatis in Rostochiensis, Jenensis, Witebergensis, Marpurgensis, Heidelbergensis, Tubingensis, Altorphenſis & Helmſtadienſis Academiis Germaniæ præcipuis.

Quod si † Professor vel morbo, vel senio, vel etiam publicis negotiis impeditus, per substitutum officio suo fungi in Academia velit, hoc ipsi facere licere, modò substitutus sit æquè idoneus, & hoc fiat cum consensu patroni, & Collegij Professorum, receptum est Bartolus *in l. nemo est ff. de duob. reis.* Novimus illum ipsum morem, quo substituens Doctor de ampliore suo stipendio substitutum quasi sextulâ quâdam aspergit, non cuivis placuisse, sed pro improbabili & malo more habitum & proclamatum, inquit, Conradus Rittershusius *quodam loco.*

Deinceps breviter videndum est de honore patrono Academiæ debito in processione † & selsione; 43: quia enim patronus patri assimilatur, idcirco naturalis honestas † & ratio suadet ut ipsi primus locus 44: in processionibus alijsque actibus solennibus attribuat. *c. nobis §. fin. de jure patron. c. piamentis §. Frigentius in fin. 16. q. 7. Panormit. ad Rubr. de jure patron.* Undè quamvis magna sit dignitas Rectoris Academiæ, ut ne quidem Princeps qui Scholaris est in illa Universitate Rectorem præcedat, non tamen hoc obtinet, si ille Dux vel Princeps esset † Patronus Academiæ *per notata à me lib. 3. de juris d. p. 2. c. 11. n. 14. & seqq.*

Quod si contingat duos esse patronos, certè jus patronatus in solidum penes † utrumq; est: at 46: præ eminentia & dignitas amplior majorq; honor & jus.

ius pinguius debetur ei qui plus contulit D. Cothm. resp. 1. n. 46. ubi infert ad Duces Megapolenses, & Senatum Rostochiensem, anteferendos nimirum esse Principes, Senatui, quia plus in Academiam contulerunt; itemq; quia sunt illustrissimi, *Dixi sup. p. 1. c. 19. circ. fin.*

CAPUT III.

De jure & potestate patronorum in defendendis juribus, jurisdictione & immunitatibus Academicis.

SUMMARI A.

Per Scholares qui intelligantur num. 1. eorum privilegia quomodo extendantur & ad quas personas num. 2. 3. 4. 5. 6.

Academia gaudent propria jurisdictione tam in earum res, quam personas n. 7.

Jurisdictione illa qualis sit num. 8. extenditur etiam ad causas criminales n. 9. 10. & 11.

Academici etiam sunt immunes ab oneribus, non tantum personalibus, sed etiam realibus num. 12. quod probatur legibus n. 12. 13. 14. 15.

Encomia Ducum Pomerania, patronorum Academia Gryphiswaldensis, qua ornata est jurisdictione mero & mixto imperio, atq; immunitatibus n. 16. 17. 18.

Patroni officium quod sit n. 19.

Querela de persecutoribus Academicarum & literatorum num. 20. & 21.

FRidericus Imperator ejus nominis primus, Scholaribus & personis accessoriis multa beneficia tribuit.

tribuit & privilegia indulgit in *Authentica Habita C. Ne filius pro patre*. Per Scholares † non tantum inel-
 liguntur Studiosi; verum etiam Professores l. 3. & 1
tot. tit. C. de privilegiis Scholarum & d. Auth. Habita, ubi
 expresse fit mentio Professorum: quin & secundario
 Scholarum privilegia † pertinent quoq; non tantum 2
 ad Professorum & Studiosorum uxores l. *medicos. C. de profess. & med. l. 2. C. de Episc. in Cler.* quia uxor &
 maritus habentur pro una eademq; persona; &
 fruuntur eodem privilegio, eodem foro l. 19. ff. de ju-
 risdic. c. *exigere de judic.* verum † etiam ad eorum vi- 3
 duas, quia illæ & honorem & dignitatem & forum,
 nec non domicilium & privilegia mariti retinent.
Novell. 22. cap. 20. l. 8. de Senatoribus l. 22. §. vidua ff. ad
municipalem l. 3. C. de privileg. studior. itemq; eorum † 4
 liberos, quoad in eodem statu permanent l. 2. §. *fm. C. de Episc. & Cleric.* & cæteros necessarios ministros
 Academix † ut sunt famuli & nuncij *d. Auth. Habita*
ibi, tam ipsi quam eorum nuncij. Notarij & scribæ,
 item † Typographi, Bibliopolæ & librorum com- 5
 pactorum: de quæ alibi pluribus dixi *lib. 3. de jurisdic.*
p. 2. cap. 6. 6

Principale autem seu cardinale, inter alia, Acade-
 micis indultum privilegium est, quod gaudeant pro-
 priat & peculiari jurisdictione: quæ jurisdictione in per- 7
 sonas & res Academicas exercetur, quippè, quod in
 personis ipsis atq; causis, litibus, negotijs & actioni-
 bus membrorum Academix potius, quam in territo-
 rio consideratur: undè nec Academici magistratum
 secularem agnoscere tenentur.

Qualis verò sit † jurisdictione, quæ *dicta Authentica* 8
Habita

Habita magistratui Academico tribuitur? inter Interpretes non est una & eadem sententia. Certè si quis
 9 Imperatoris intentionem penitus † consideret, facile viderit, id Imperatori propositum fuisse, ut Academicos omninò à jurisdictione secularium, quos plerunq; literis ac literatis iniquiores, proh dolor, deprehendimus, hac ratione eximeret, eosq; ab injuriis tam verbalibus, quam † realibus contra quoscunq; defenderet. Cum itaq; in causis injuriarum & delictis gravioribus, ex quibus actiones criminales plerunq; oriri solent, majori periculo, quam in causis civilibus, Academici expositi sint, ideò Imp. in earum cognitionibus & decisionibus, peculiare ac privilegiatum forum & judicium constituisse, ac sanctionem hanc pragmaticam, de eo quod ut plurimum contingere solet, ferre voluisse censendus est. Si enim de causis studiosorum in negotijs obularibus, Imperator judici seculari jurisdictionem in studiosos concedere noluit, multò certè minus eidem
 10 cognitionem † de capite, vita & fama eorundem, cognitionem committere voluit *l. fin. C. de agentib. in reb.* utpote, cum ubi periculum majus, ibi & auxilium potentius & efficacius requiratur *l. 1. §. 3. de vent. inspic. l. fin. C. de probat. D. Thom. Lindem. disp. elegant. de Academiis concl. 112. & 113. cum seqq.* ubi alia adhuc argumenta pro hac sententia adducit. Et vigore Authenticæ *Habita* criminalem etiam jurisdictionem & merum imperium sine distinctione rectè tribui, saniorum juris interpretum verior & receptor est sententia, ut videre est apud D. Cothm. *resp. num. 104.*

& seqq.

§ seqq. & pro eadem pluribus egi lib. 3. de jurid. cap. 12.
n. 89. § seqq.

Ex jurisdictione promanat immunitas à muneribus tum personalibus, tum etiam patrimonialibus. 12
Quod enim attinet munera personalia, illa non nisi subjectis seculari magistratui imponi et possunt *l. san-* 13
cimus C. de Advoc. div. judic. Natta consil. 56. Quin &
Doctores & Professores à patrimonialibus etiam oneribus esse et immunes, Imper. Constantinus ex-14
presse constituit in *l. medicos C. de professorib. & medic.*
lib. 10. ubi Imperator generaliter loquitur; Doctores legum, una cum uxoribus & filiis, nec non &
R. E. B. U. S., quas in civitatibus possident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis esse immunes *d. l. medicos.* Extremam manum huic privilegij immunitatum imposuere, Imp. Honorius et Theodosius in *l. Grammaticos C. 15*
de profess. & medic. ubi hanc suam Constitutionem appellant prerogativam retro latarum Constitutionum, quarum summa hæc est, ut videlicet hæc immunitas tam à realibus quam personalibus, non solum Professoribus, sed etiam eorum liberis competere debeat. Latus hanc quæstionem tractavi *lib. 3. de jurid. p. 2. cap. 10.*

Ejusmodi universitas sive Academia, cum amplissimis privilegij, & immunitatibus, itemque cum omnimoda jurisdictione, adeoque cum mero et mix-16
to imperio, incepta est hic Gryphiswaldi fundari ab Illustrissimo quondam Pomeraniæ Duce WARTISLAO IX, Anno Christi 1456 & postmodum à PHILIPPO Duce Pomeraniæ non nihil restaurata Anno 1547.

Cujus Scholæ patrociniū postmodum subsequen-
 tes Duces Pomeraniæ masculè in se receperunt, qui
 jurisdictionem, immunitates, & si quæ alia jura non
 suppresserunt, sed clementer adversus maleficia o-
 rum conatus defenderunt & excederunt, libertatiq;
 nostræ tutissimum asyllum & diverticulum fuerunt,
 Imprimis autem Illustrissimi Principis & Domini,
 DN. BOGISLAI XIV. Domini nostri Clementis-
 simi, Academiæ nostræ Patroni & Cancellarij ma-
 gnificentissimi & munificentissimi, liberalitas com-
 mendanda est, qui nuper Academiæ dotem mirificè
 adauxit, donando ei clementissimè proprio motu
 18 prædium oppido huic vicinum † GRUBENHA-
 GENSE cum omnibus pertinentijs, tribus pagis,
 omniq; jure & dominio, jurisdictioneq; omnimoda,
 adeoq; cum omni causa: ut cætera præteream.

19 Et quia patronus † sustinet locum patris, exindè
 patroni verum officium est, præstare patrociniū
 & defensionem personis & rebus Academiarum,
 contra canes & lupos Scholarum & literatorum.

Nam nescio, inquit Petrus Gregorius, quanta
 20 corruptela infectum † vulgus soleat odio prosequi
 studiosos, & illis infestum esse, quanquam ex eo-
 rum assiduitate uberrimos colligit annuatim fru-
 ctus, & quamvis ea releverit impensa, ne cogatur
 aliò filios erudiendos mittere, cum discrimine &
 periculo fortunarum, vitæ aut morum eorundem:
 & est inimicitia inter ignorantiam & rusticitatem,
 seu barbariem morum, & scientiam, peritiam & stu-
 dia virtutis, ut vix se compati sine aliqua lite pos-
 sint. Sunt & invidi vulgares & plebeji felicitatis
 litera-

literarum, ut quanquam sine illis bene esse nequeant, tamen fulgore & splendore illorum & doctrinae obcaecentur, aut pati radios ejus facile nequeant. Sunt & Principes successores Antecessorum, qui non eodem animo favent studijs, quo fundatores Antecessores fuerunt, & levi de causa, vel spe augendarum, quodammodo opum, vel decepti invidia & malitia aulicorum, convellere privilegia concessa moluntur. Hæc Petrus Gregorius lib. 18. de Republ. cap. 10. in princ. Et verè scribit Petrus Rebuffus in Comment. ad Aubert. Habita C. Ne filius pro patre. Hodie in-²¹quiens, nulli melius defendunt suos servientes pessimos & homicidas, quam Scholares: idè scientia exulat: hodie multæ civitates insurgunt contra Universitates, quas apud se habent, non cognoscentes, quid honoris illis per eas accedat, quorum natura, filijs viperarum similis, quæ partu filiorum corrosis à foetu lateribus eviscerantur. Has igitur Universitatibus, propter inhabitantium ingratitude, privandas censem, & aliò, ubi honor & literarum decus conservatur, transferendas.

CAPUT V.

De jure & potestate patronorum in Scholis privatis sive trivialibus.

SUMMARIA.

Magistratus fundans Scholam, debet eam dare num. 1. ut preceptores habeant stipendia n. 2. quibus virtutibus & donis instructi esse debent: primò bonis moribus

I. 3.

num. 4.

Part. II. Cap. V. De jure & potestate patronor.

num. 4. facultas num. 5. ut approbentur tanquam digni & idonei num. 6.

Magistri studiorum laude & commendatione digni n. 7.

Patroni Scholarum non habent jurisdictionem in Præceptoribus & discipulis num. 8. sed præceptores coercunt virgis & baculis n. 9.

Privilegiis Academica competentia habent etiam Scholares in trivialibus Scholis n. 10.

Patronorum est defendere Scholarchas num. 11. curare bonam institutionem num. 12. & ut examine instituantur num. 13.

UTi fundacione & dotatione Scholæ Regiæ si-
ve Academix facta autoritate superioris, ac-
quiritur jus patronatus; Ita etiam magistratus
in oppidis & vicis qui erigunt Pædagogia, Gymna-
sia, & Scholas triviales, sunt illarum Scholarum
Patroni.

1 Et quæ de dote in fundacione Academix con-
stituenda dicta, eadem etiam in exstructione Scho-
læ trivialis obtinent, ut scilicet salaria, siue redditus ꝑ
loco dotis constituantur; quia illa sunt quasi vita &
sanguis Scholarum: & Præceptores hac ratione,
etiam liberalibus studiis & artibus Scholares eru-
diendos sibi magis commendatos habent *l. 6. C. de
profess. & med.*

2 Quin & debent salaria esse sufficientia in quan-
titate, ut non tantum ꝑ Præceptores habeant, undè
de præfenti vivant, verum etiam cum honestè à
Scholis dimissi, habeant undè cum domesticis
victum & amictum habere possint.

Præ-

Præceptores sive magistros studiorum à patro-
nus Scholis præficiendos quod attinet, illos ex Con-
stitutione Imper. in l. 2. C. de professi & medic. excel-
lere oportet † MORIBUS, ut scilicet laudabilem in
se probis moribus vitam esse monstrant, & qui sint
pij, prudentes, sobrij, humani, & cum primis affabi-
les, quippè, quod saluberrimo affabilitatis contagio
vis virtutis, ab alio in alium transit ita; existimant,
quicquid lenitate & paternali monitionibus cons-
qui possint; id nullâ esse acerbitate neque sevitia
conquirendam; quicquid verbis, cohortatione lau-
deq; ac vituperatione queant efficere, id neq; virgis,
neq; ferulis aut plagis debere extorqueri: quo pacto
& obsequentiores, observantioresq; sibi discipulos
reddent, & simul suæ lenitati maximam apud eos
authoritatem cum charitate conjunctam compara-
bunt. Sanè hoc ita dictum nolim, ut ferulas Præ-
ceptorem nunquam adhibere debere velim, sed
quod debeat æquè propemodum à plagis abhor-
rere, atq; ipsi adolescentes, & ut quam rarissimè, nec
nisi coactus eo adducere patiatur. Equidem plago-
sa illa ac tetrica quorundam Orbiliorum severitas
bonis ac benè natis ingeniis est inimicissima, gra-
veque damnum adferre solet: nam & indolis pue-
rilis ingenuam liberalitatem quasi cuniculo quodam
coërcet atq; opprimit, memoriam obruit, & ex in-
geniis mancipia, ex elegantibus agrestes, ex homi-
nibus pecudes efficit, ut rectè & verè scribit Philip-
pus Marnixius in libello de institutione principum & no-
bilium pectorum ferè in fin.

Deinde.

Deinde Imperator requirit à magistro studio-
rum FACUNDIAM, hoc est, ut ꝑ docendi periti-
tiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem,
copiamq; differendi se habere patefaciat. *unic. C. de*
profess. qui in urbe Constant. Cum illâ docendi facultate
conjugat etiam voluntatem, ita ut invidiâ ad
Garamantas damnatâ, cupiat & velit transfundere,
omnia, quæ ipse didicit, & scit. Non me ullæ res
delectabit, licet eximia sit & salutaris, quam mihi
uni scitus sum. Si cum hac exceptione detur sa-
pientia, ut illam inclusam teneam, nec enunciem, re-
6 jiciam. Nullius boni sine socio jucunda possessio
est: ait Seneca *Epist. 6.*

Terridꝑ non quivis à patrono debet pueritiæ &
juventuti præfici, sed qui ipse aliquid didicit, & qui
nec dolo, nec gratiâ, sed potius virtuti & doctrinæ
viribus connexus, legitimè suffragantium decre-
tum mereatur *d. l. 7.* Et huic rei in Constitutionibus
& Ordinationibus Ecclesiarum benè prospectum
est, ut patroni non nisi adhibito Episcopo, sive Su-
perattendente loci, aliquem Scholis præficiant, ut in
vitam, mores & doctrinam ejus prius inquiretur.

Sanè ejusmodi Præceptoribus non potest digna
7 gratia rependi; eorumq; munus ut est dignissimum,
ita quoq; multa & magna requirere, modò ex Julia-
no Imper. *in d. l. 3.* traditum est. Et verè ꝑ scripsit
Erasmus *lib. 1. Epist. ferè in fin.* Ludi literarij Magistrum
esse, proximius Regno munus est: & nemo melius de
republica mereatur, quam rudis pueritiæ formator,
modò (quod notetur) doctus & integer.

Et hinc patet, patronis Scholarum præter hono-

rem

rem debitum, competere jus & potestatem præficiendi Scholis Magistros studiorum, idq; ex jure patronatus.

Sanè jurisdictionem patroni in Magistros Scholarum, eorumq; † discipulos, non habent: sed de iis cognitionem & animadversionem habent Consistoria Ecclesiastica, si forrè de delicto, vél alio negotio civili quæstio incidat. Sic etiam constat, patronos † tradere saltem præceptoribus in introductione virgas & baculos, ad animadvertendum in Scholasticos; quæ animadversio non fit vi jurisdictionis, aut Imperij, sed saltem ex permissione legis: æquè ut pater liberos suos jure Oeconomico sive patriæ potestatis castigare & emendare potest *rot. tit. de emendatione propinq.*

Cœterum privilegia quod attinet Academicis competentia ex *Authentica Habita*, eadem etiam † pertinere ad Gymnasia & Scholas triviales, verius & receptius est: tum quia Imperator se **O M N I B U S S C H O L A R I B U S** privilegia illic proposita conferre expressè testatur: tum quia ea largitur illis, qui studiorum gratia peregrinantur, & ad ea proficiscuntur loca, in quibus literarum exercentur studia: tum quia Scholares in trivialibus Scholis etiam commiseratione digni sunt, qui amore scientiæ exules, facti de divitibus pauperes, semetipsos exinanunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpè hominibus, corporales injurias sine causa perferunt. Alias rationes addidi *lib. 3. de jurid. p. 2. c. 5. n. 44. & seqq.*

Incumbit etiam patronis onus defensionis, ut scilicet Magistros † studiorum sibi paterno affectu

Z

com-

commendatos habeant, eosq; ab omni injuria defendant & protegant; in id etiam sedulo incumbentes, ne egeant, sed ut digna salaria justo tempore eis numerentur. Item, ut semper habeant paternam curam juventutis & pueritiæ in Scholis, quo Scholares rectè in pietate, bonis moribus & literis informantur: ubi vel maximè à prima ætate cavendum, ne quid pueri addiscant, quod ab eis vel aliquatenus, pro sui nempe ingenij modulo, non intelligatur: ne onerentur multis iisq; obscuris atq; inutilibus regulis; sed paulatim assuescant observare, quid rectè, quid pravè dictum. Quod quidem hodiè plerumq; videmus usu venire, ut dum picarum ac piltacorum more verba discunt pueri recitare, ita eorum mens obtundatur, ut ne dum ad grandiusculam ætatem contigerint, rem ipsam verbis enunciatam queant intelligere.

Præterea summoperè prospiciendum est patronis, **12** ne nimium variis ac diversis † rebus & studiis puerorum vel animus distrahatur, vel memoria obruatur. Neq; ullum elabi diem patiantur pueris, quo non aliquid conscribant, & quæ scripto comprehenderunt, vel de charta, vel memoriter, cum apta decentiq; & gravi actione pronuntiationeq; in confes-
su cæterorū adolescentū coram Præceptore recitent.

Deniq; ut de diligentia & fide à Præceptoribus **13** præstita, publicè constet, † patronorum officium est, sæpius, adhibito ministerio loci, examina instituire, ubi in discipulorum mores, profectus & ingenia inquiritur: ut hac ratione boni exhortatione præmiorum, negligentes verò, ad majorem diligentiam metu poenæ excitentur.

l. l. §. i. de just. & jure.

INDEX:



**Index præcipuarum materiarum, in
quo prior numerus paginam, alter nume-
rum Capituli designat.**

A.

- Avadoꝝ ① quis 3. 10.*
- Advocati dicuntur patroni 8. 18. & 107. 8.*
- Advocati Ecclesiarum & monasteriorum 14. 10.*
- Academiarum jus patronatus 45. 1.*
- Aktiones pro jure patronatus competentes 127. num. 1. & seqq.*
- Academia differunt à Scholis trivialibus 138. 6. & seqq.*
- Academiarum patroni differunt à patronis Ecclesiarum 146. 11. & seqq.*
- De jure patronatus Advocatia 7. 12.*

B.

- Beneficium Ecclesiasticum, & ejus species 100. 2.*
- Beneficiorum uniones 102. 13.*
- Beneficium vacans esse debet quando confertur 39. 37.*

C.

- Christus cava manu accipit donata Ecclesiis 5. 14.*
- Clientum obsequia, & patronorum erga clientes beneficia 6. 9. & 10.*
- Cathedrales Ecclesia 13. 5. differunt ab Ecclesia Collegiata & patronata 98. 6.*
- Christiani habent matrem spiritualement Ecclesiam 16. 27.*
- Collatio, electio, presentatio differunt 35. 10. & 16.*
- Confirmatio differt ab institutione 36. 19.*
- Consuetudinibus quando vis 116. 6.*
- Civitas municipalis 116. 9. & 140. 6.*

I N D E X.

Compatres & commatres 3. 10.
Capitulares eligunt Episcopum 99. 11.

D.

Divitias peperit religio 24. 14.
Dominus rerum donatarum ad pios usus, dicitur saltem patro-
nus 26. 19. & 5. 13.
De dote sive dotatione 65. 1. & seqq. & 60. 4. & 63. 6. *debet fieri*
de bonis propriis 67. 8.

E.

De Ecclesiis cathedralibus 13. 5.
Edictum Philippi Regis Hispania 16. 21.
Electio, presentatio, collatio differunt 35. 7.
Ecclesiam dirutam resciciens consequitur jus patronatus 64. 1.
Ecclesia toti competit jus vocandi 86. 8.
Electio absq. Ecclesia facta non est Canonica 90. 15.
Ecclesia cathedralis, Collegiata & patronata que 98. 6.
Ecclesiarum unio 107. 1.
Episcopi potestas 101. 1. *jurisdictio* 113. 17.
Ecclesia qua parens, que filia 101. 11.

F.

Fœdera an liceat inire cum infidelibus 19. 38. *de variis confœ-*
derationibus 20. 47.
Fœmina etiam acquirunt jus patronatus 51. 3.
Fundatione acquiritur jus patronatus 55. 3. *cum consensu Epi-*
scopi 57. 1. & 62. 4.

G.

Generaliter acceptum, jus patronatus, duplicem habet signifi-
cationem 9. 1.
Gymnasia quid 140. 14.

Hostia

I N D E X.
H.

Hæſſia Principes habent pleroſque Episcopatus ſub ſuo præſidio
15. 17.

Hiſpaniarum Reges ſunt patroni ſuarum Eccleſiarum 15. 16.

Heretici nequeunt acquirere jus patronatus 13. 15.

Honor debetur patrono 73. n. 1. & 75. 1.

Hospitalis appellatione quæ veniant 101. 4.

I.

De jure patronatus Eccleſiaſtico in genere 9. 1. quod duplex
eſt 10. 4.

*Jus patronatus cum jure Episcopati & jurisdictione, itemq; ſu-
perioritate niſiſil habet commune* 10. 8.

De jure patronatus majori 12. 1. *minor* 22. 1.

Jus patronatus per ſe non eſt impium, ſed pium & utile 28. 1.
obſervatur à plurimis Principibus Imperij 31. 12.

Juris patronatus Eccleſiaſtici definitio 34. 1. *diviſio* 41. *ſuſidi-
viſio* 45. 1.

Jus patronatus qui poſſint acquirere 51. 1. *quomodo conſtitua-
tur & acquiratur* 55. 1. & 62. 1. & 64. 1. & 65. 1. & 67. 1.
& *quomodo ad alios transferatur* 69. 1. *quæ conferat jura
patrono* 72. 1. *qualiter hodiè obſervetur* 114. 1. *quibus mo-
dis finiatur* 121. 1.

De judicio & judite competenti in cauſis juris patronatus 125. 1.
& *judiciario proceſſu* 130. n. 1.

Judicis officium in cauſis juris patronatus 131. 3.

De incorporatione Eccleſiarum 108. 1.

*Juſtiniſiano Imperatori adſcribendum eſt jus patronatus Eccle-
ſiaſticum* 23. 8.

*Judicium petitorium juris patronatus diſtinguitur à judicio
poſſeſſorio* 125. 5. 6.

I N D E X.

Judex civilis & Ecclesiasticus in causis juris patronatus
126. 7.

L.

Laici possunt jus patronatus acquirere 46. 2.
Laicum jus patronatus differt à jure patronatus Ecclesiastico 47. 8.
Ludi appellatione significatur Schola 138. 2.

M.

Majus jus patronatus 21. 1. *minus* 21. 1.
Magistratibus incumbit defendere Ecclesias 16. 26.
Mansi vocabuli significatio 43. 10.
Meretrix acquirit jus patronatus, si modò sit Christiana
52. 8.
Modernum jus patronatus 132. 7.

N.

Nominatio, presentatio, vocatio, ordinatio, institutio differunt 75. 3.
Necessitas est unionis Ecclesiarum causa 168. 4.

O.

Occasio introducti juris patronatus 23. 6. & 27. 25.
Onerosum jus patronorum 72. 4. & 106. 1.
Officium judicis in causis juris patronatus 136. 27.

P.

Patricij qui 5. 13.
Patronus differt à Domino 5. 13.
Patroni & patronatus nomen variè accipitur 5. 1.
Patronus etiàm dicitur respectu liberti manumissi 7. 15.
Patronorum officium 13. 7.
Patronus an possit fœdera facere cum infidelibus 19. 38.

Patro-

I N D E X.

- Patronatus juris origo* 22. 2. *introduciti ratio* 13. 6.
- Patronatus jus ab initio fuit gratiosum* 26. 22. *sed hodie est ex debito justicie* 26. 24. *non est impium sed pium & utile* 28. 1.
- Presentatio quomodo accipiat* 35. 13.
- Patronus non potest ordinare & instituere* 39. 40.
- Patronus laicus potest variare, non etiam Ecclesiasticus* 48. 16. *quomodo in aliis differant* 48. n. 12. & seqq.
- Patronus tria jura consequitur ex jure patronatus* 72. 1. *babet pra aliis honorem in Ecclesia* 73. 1.
- Presentatio est fructus juris patronatus* 14. 1. *debet fieri legitime* 77. 11.
- Patroni non possunt in idoneos Ecclesiis obtrudere* 94. 23. *debent in electione spectare gloriam Dei, & bonum Ecclesie* 95. 25.
- Patroni honori adhaeret etiam sepultura* 104. 7.
- Patronorum jus onerosum* 106. 1.
- Patronus quae facere non potest* 111. 1.
- Pacta juri patronatus adjecta* 118. 1.
- Processus in causis juris patronatus* 130. 1.
- Probatio juris patronatus* 134. 17.
- Patroni Ecclesiarum & Academiarum differunt* 140. 1.
- Pietatis causa est unio Ecclesiarum* 109. 6.

R.

- Religione sublata, corrumpit justicia & disciplina* 14. 9.
- Regis Hispaniarum obtinent jus patronatus in Ecclesiis suis* 15. 16.
- Romanus Pontifex attentavit jus patronatus Imperij sibi vindicare* 15. 19.
- Religio peperit divitias* 24. 14.

Schola:

I N D E X.

S.

- Schola notatio* 138. 1. *sunt plantarium Ecclesie* 139. 4. *alia publica, alia privata* 139. 5. *undè ita dicantur* 139. 9. 10. 12.
De Scholis regis 140. 1. *illas erigere non possunt civitates municipales* 142. 6.
Sepultura jus 104. 7.

V.

- Utile jus patrono competens* 103. 1.
Unio Ecclesiarum quibus requisitis fieri debeat 108. 1. *debet etiam precedere causa cognitio* 109. 7.



